C. IVLII SOLINI

COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM.

RECOGNOVIT

TH. MOMMSEN.

BEROLINI

IN AEDIBVS FRIDERICI NICOLAI

(G. PARTHEY.)

1864.

BIBLIOTHECIS

GVELFERBYTANAE . LEIDENSI . PARISINAE

QVARVM BENIFICIO
TRES SOLINI OPTIMI CODICES FVERVNT SIMVL DOMI APVD EDITOREM
ET DVM LIBELLVS EXCVDITVR MANSERVNT

GRATO ANIMO

EDITOR BEROLINENSIS

C. Iulii Solini haec duo nomina confirmantur omnium librorum consensu, praenomen *Gaii* solis libris familiae secundae et tertiae, ut possit esse ab interpolatione: magis tamen est, ut vere antiquum credamus. quinam fuerit et unde oriundus ignoratur, nisi quod libri ordinis secundi et tertii *grammatici* officium ei tribuunt sane probabiliter. nam suspicatus quidem est Valesius (ad Dionem 74, 8) auctorem huius libelli esse nominatum a Dione (72, 12. 74, 2) Iulium Solonem infimae dignitatis senatorem caesum Severi iussu a. 193, unde profectus Dodwellus (tam in Hudsoni geogr. Graec. min. t. II diss. praemissae p. 71 sq. quam in *hist. crit. de la rép. des lettres* vol. 14, Amstelaedami 1717, p. 37 sq.) Adventum cui opus inscriptum est credidit esse Oclatinium Adventum consulem ordinarium a. 218: at illam opinationem refellit cognominis diversitas, in quo apud Dionem vix potest erratum esse (v. Reimarus ad Dionem 74, 8), hanc parum commendat cognomen nequaquam rarum. sane scholasticum hominem arguit libellus universus scriptoris eius, qui totum se libris neque iis multis manciparit nec quidquam umquam ipse conspicatus expertusve sit: neque indigna tali auctore praecipua admiratio fascium domum professoris pulsare veritorum (p. 31, 22). at de ea re neque quidquam certo sciri potest nec multum interest. Auctoris nomina.

Magis refert quaerere de aetate, qua scripsit Solinus. vixisse eum aliquantum ante Theodosium II (401—450) inde apparet, quod classis primae libri ducti sunt ab De Solini aetate.

exemplo scripto *studio et diligentia d. n. Theodosii invictissimi principis,* qua de subscriptione et universe de ingenio imperatoris illius librarii lucnlenter egit Otto Jahn (in actis soc. Saxon. a. 1851 p. 342 sq.). eodem redit, quod ex scriptoribus aetatis certae, quos Solino usos esse constat, antiquissimus est Augustinus in commentariis de civitate dei scriptis c. a. 426, cum nomine eum eorum qui extant nemo citarit ante Priscianum. nam Capellam fuerunt quidem nuper, qui ad tertium saeculum revocarent, sed neque eius opinationis argumenta satis certa protulerunt et ipsa Solini expilatio auctoris praeterea quod sciamus a quinto demum saeculo adhibiti parum ei favet. quare cum quinto saeculo Solini liber iam pervulgatus fuerit, a feliciore autem litterarum Latinarum aevo tam rerum eius exilitas quam sermonis infantia abhorreat, hoc restat quaerendum, utrum saeculo tertio probabilius adscribatur an quarto. quorum equidem illud praetulerim. Byzantium ibi tantum nominari (p. 23, 11. 78, 8), non Constantinopolim neque ullum adesse vestigium provinciarum divisionis Diocletianae et Constantinianae, etsi non flagitat, ut in opere compilato, tamen suadet ut auctor vixerit ante Constantinum. suadet idem praenomen, siquidem vere habuit auctor, quarto saeculo iam rarescens. christianae religionis praeterea vestigia adsunt nulla: nam quam quodammodo eo referas narrationem de pomis cinerescentibus Sodomi et Gomorrae (p. 172, 14) originis omnino Iudaicae, eius notitia iam invenitur non solum apud Iosephum (bell. Ind. 4, 8, 4), sed etiam apud ipsum Tacitum (hist. 5, 7). denique citari ut testem sermonis Latini Solinum a Prisciano facit, ne nimis recentem illum habeamus: quamquam verum est similiter ibi citari non solum Ulpianum et Vegetium, sed etiam Marcellinum, videnturque omnino auctores in scholis Byzantiis lectitati et explanati, quorum e numero Solinum fuisse crediderim, apud Priscianum interdum se insinuasse inter testimonia auctorum antiquiorum et vere receptorum. quae omnia licet

singula infirma sint, tamen coniuncta vix admittunt, ut ad quartum saeculum Solinum detrudamus. — Argumenta autem, quibus docti quidam viri demonstravisse sibi visi sunt Solinum scripsisse saeculo tertio vel certe post secundum, diligenter examinata infirma inveni omnia. nam quod Dodwello (in Hudsoni geogr. Graec. 2, 71) in mentem venit Artaxerxem Hierichuntis expugnatorem (p. 171, 17) intellegendum esse eius nominis regem Persarum, contra quem bellum gessit Severus Alexander, equidem quo pertineat parum credibilis illa de Hierichunte narratio non magis scio quam Salmasius, hoc scio neque a Solino usquam talia citari sua aetate gesta neque Artaxerxen illum attigisse Palaestinam. deinde quod ex loco p. 225, 20 Salmasius in prolegomenis effecit Persas Solinum scribere *quondam Parthos nominatos esse* itaque vixisse eum aliquantum post Severum Alexandrum, hoc argumentum nec per se satis firmum totum evanuit, postquam melioribus libris collatis vocabulum quod est *quondam*, in quo tota res vertitur, patefactum est proficisci ab interpolatore: unde iam apparet Persarum Parthorumque nomina Solinum non aliter usurpare ac usurparat Plinius. gravius sane indicium praebet locus p. 202, 9, ubi referens Pliniana (6, 54) de sericis matronarum vestibus addit nunc etiam viros iis uti: nam holosericis certe primus Romanorum usus esse fertur Elagabalus (218—222) teste biographo (c. 26 cf. vita Sev. Alex. 40; vita Tac. 10; Dio 43, 24), licet subsericae etiam viris antea in usu fuisse videantur nec diu observatum sit senatusconsultum a. p. C. 16 factum (Tac. ann. 2, 33; Dio 57, 15), ne veste serica viri uterentur (Sueton. Calig. 52; Dio 59, 26; Becker in Gallo 3, 156). his adde quae auctor scribit de camelis post translationem in peregrina loca facile morbos trahentibus (p. 201, 12), de circi spectaculis equorum (p. 194, 9), denique, si placet, senilem temporum quae fuerunt admirationem et sui aevi obiurgationem, quo exempli causa nemo nascatur non

minor parentibus suis (p. 25, 19): habebis sane labentis saeculi indicia nec dubia nec pauca magisque digna Valeriani et Gallieni temporibus quam Antoninorum, ut tamen ad certiora progredi vix liceat propter ipsam auctoris incredibilem exilitatem.

Solini liber chorographia. Scripsit autem Solinus sub indice ***Collectaneorum rerum memorabilium*** (nam hunc neque alium ullum libello ab eo inscriptum esse infra docebitur) chorographiam ita comparatam, ut in singulis locis non tam ad utilia et scitu necessaria attenderet quam ut ipse ait, ad memorabilia, quo quid significet, exponit satis accurate in praefatione. ordinem locorum sequitur eum, ut primum proponat Europam incipiens ab urbe et Italia cum insulis (c. 1—6), post has Graeciam cum Thessalia Macedonia Thracia insulisque Graecis (c. 7—11), mox Pontica et Scythica (c. 12—19), porro Germaniam Galliam Britanniam Hispaniam (c. 20—23) percensens; deinde enarret Africam a Mauretania ad Aegyptum (c. 24—35); finiat denique in Asia, describens Arabiam et Syriam (c. 33—37), Asiam minorem (c. 38—45), Assyriam Indiam Parthiam (c. 46—56). — Auctores a Solino adhibiti. Nostra maxime interest scire, unde sua habuerit auctor. norunt autem philologi vel ii qui Solinum numquam evolverunt pleraque Solinus quid habuerit ex Plinio. quae tradat proficisci ex Plinii naturae historia. cuius adhibuit primum libros geographicos sive, ut inscripsit Plinius, de sitibus gentibus maribus (3—6), deinde librum de homine (7) librosque de animalibus (8—11), item de arboribus, sed de solis peregrinis (12. 13), denique de gemmis (37), reliquis tam de arboribus Italicis fructiferis silvestribusque quam aliis omnibus aut rarissime adhibitis aut omnino omissis. id quod accurate convenit cum ipsius auctoris praefatione p. 4, 1—8, nisi quod gemmae ibi non nominantur nisi in recensione interpolata. caput autem de homine p. 17, 3 — 33, 7 excerptum maxima ex parte ex Plinii libro septimo adiecit urbis descriptioni, animalia et arbores in suis quaeque patriis terris enarravit (cf. p. 17, 4). — Iam Plinii na-

turae historia cum extet integra, epitomen hanc docti viri hodie fere contemnunt nec sine causa. nam sane perparvum interest scire quibus artibus saeculi tertii scholasticus Plinium quasi scriptorem iusto simpliciorem loqui docuerit tumide et perplexe et insipide, cuius si placet exemplum luculentum considerare, expende quid effecerit ille p. 121, 17 — 122, 18 ex Plinianis 5, 3 *). nec magis persequendi sunt ridiculi magistelli errores, qui ne verba quidem recte separare valuerit et ex iis quae sunt *ab Delo* et *ad Dirim* apud Plinium (4, 67. 5, 13) procuderit portenta nominum ***Abdelum oppidum*** (p. 85, 9) et ***Addirim montem*** (p. 124, 11): qui cum Plinius (4, 13) ***in Achaia novem montium notissimum Scioessam esse*** scribat, non solum ipsam Scioessam inde faciat ***locum novem collium*** (p. 61, 15), sed etiam statim nescio quid garrire incipiat de nemorum eius opacitate: denique qui cum Plinius (37, 46) scribat Neroni principi allatam esse electri glebam XIII pondo, deceptus ambiguitate lineae quae numeros distinguit tam simplices quam millenarios, effecerit inde donum missa esse Neroni electri tredecim milia librarum. quid quod p. 100, 1 verba ***gens beatissima,*** quae ne intellegi quidem possunt sic ut nos ea edidimus et omnino edidit ipse auctor, fortuito remanserunt corrupta ex iis quae eum Plinii locum, unde quae sequuntur Solinus desumpsit, proxime praecedunt: ***genus sepulturae beatissimum.*** sane quae omnia dominatur Nemesis per hunc epitomatorem admissum ultus est Theophrastum aliosque auctores plurimos non multo melius aliquando tractatos a Plinio, sicut deinde rursus vindictam Plinii exegit de Solino per Capellam Isidorumque, inventorem illum insulae si

*) *Ibi regia Antaei certamenque cum Hercule et Hesperidum horti. adfunditur autem aestuarium e mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiae instar fuisse nunc interpretantur. amplectitur intra se insulam, quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore non tamen aestus maris inundant. extat in ea et ara Herculis nec praeter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore.*

diis placet Teode creatae ex Solinianis p. 231, 2 *[proxima]t eode[m nomine]*, hunc repertorem fluvii Oscori inde oriundi, quod apud Solinum p. 96, 12 ***montes Moschorum***, id est *τῶν Μόσχων*, ***Phasidem fundunt***. talia non praetereunda quidem sunt, cum et auctoris et saeculi indoles inde patescat: omnia vero huius generis percensere cum nec prosit neque iuvet, talis auctoris insectationem et ex tali hoste triumphum iis relinquimus, qui muscas venantur quosque nullius unquam victoriae puduit.

Utilitas Plinianorum apud Solinum ad crisin Plinianam.

Omnino huius generis quae sunt tres partes libelli implent, a nobis ne obruant utiliora, distincta adscriptis paragraphis Plinianis quae Solinianis respondent, neque ulli unquam usui futura nisi ad fundandam librorum Plinianorum emendationem. in qua quod adhuc Solinus suum locum non tenuit, habet excusationem propter contextum Solini ipsius nunc demum satis stabilitum: iam vero hac eius recognitione instituta spero fore ut Plinii editores futuri diligentius Solinum adhibeant. hic tres tantum locos adscripsi monstraturos, quid adhuc ex Solino Plinius proficere possit. 3, 50 verba in omnibus hodie notis Plinii libris sic corrupta: ***Pisae ... ortae a Pelope Pisisque sive a Teutanis Graeca gente*** (nam quam eius loci explicationem proposuit Salmasius in Solin. p. 43, ea mihi quidem non probatur) ex Solino p. 35, 2 sic emendantur: ***ortae a Pelopidis***. 37, 71 lectio librorum adhibitorum ab Hermolao Barbaro et Iacobo Dalecampio: ***qui non omnino virides nascuntur, quoniam vino et oleo meliores fiunt*** adhibito Solino p. 98, 17 defenditur refutaturque hodie recepta cum reliquorum librorum tum codicis Bambergensis: ***qui tamen viri(de)s nasci videntur, quoniam oleo meliores fiunt***. 37, 164 similiter Solinus p. 45, 12 solus stat cum Dalecampiana editione, quae habet ***fulminibus et typhoni*** contra librum Bambergensem, in quo est ***fascinationibus***, et reliquos, in quibus est ***fulminibus et tonitribus***. — Ex his luculenter apparet utilitas libelli Soliniani non tam ad emendanda verba Plinii quam ad leges recognitionis stabilien-

das. simul vero deuuo intellegitur, quantum damnum fecerimus amisso libro Vesontino sive Chiffletiano, quem Dalecampius adhibuit: nec quidquam magis optandum est quam ut futuro Plinii editori nisi ipsius illius libri vetusti, tamen apographi eius copia fiat eiusque causa libri scripti vel recentissimi quique diligenter examinentur.

Sed ut redeamus ad Solinum, habet is praeter Pliniana etiam alia. inter quae ex Melae chorographia quae excerpsit, eodem loco habenda sunt atque excerpta Pliniana nec futuro Melae recognitori neglegenda, quamquam propter ambitum multo minorem minoris sane utilitatis. — Contra quae de suo adiecit aut a se excogitata aut ex vulgari plebeiaque rerum notitia desumpta, a nobis signata nomine auctoris, iis nihil omnino proficimus: bonum factum quod haec sunt perpauca. — Sed restant ea quibus adscripsimus aut ignoti auctoris notam aut Pliniani loci aucti, digna sane quae omni cura expendantur, id quod deinceps facilius fieri poterit seiunctis his ab excerptis Plinianis meris, quibus antea quodammodo sepulta iacebant. nec tamen hoc praesto omnia illa, quibus notae supra dictae appositae inveniuntur, vere proficisci ab auctore deperdito. imo multa eorum aut ita vulgaria sunt, ut etiam ab infimae aetatis, modo Romanae scholastico proferri potuerint libro adhibito nullo, aut derivata videntur ex ipsis Plinianis modo temere auctis ex ingenio, modo memoriae lapsu detortis et confusis. exempli causa in loco de Gauloe insula p. 145, 16—19 cum de scorpionibus terrae Gauloensis iactu necandis apud Pliuium grammaticus legisset, facile de suo addere potuit ibi serpentem vivere nullum, similiterque iudicanda est narratio de Garamantum venere p. 146, 2—10. etiam quae de lasere narrat p. 141, 3 sq. pleraque desumpta esse ex Plinii de ladano relatione recte observavit Salmasius p. 249. potuerunt haec etiam inventis Solinianis excerptisve Plinianis adiudicari et debuerunt fortasse: modestius tamen visum est, cum praesertim non commentariorum conscribendorum, sed aucto-

Solinus quid sumpserit ex Mela.

Solinus quid adiecerit de suo.

Solinus quid habuerit ex auctoribus deperditis.

rum in margine laudandorum officium mihi sumpsissem, quibuscunque locis Soliniana longius discederent a Plinianis possetque cogitari de alio auctore adhibito, iis apponere notam auctoris ignoti. sed ut demas quaecunque ita in hunc librum illata sunt futilia et vulgaria, restant non pauca omnino petita ex auctore auctoribusve hodie deperditis nequaquam spernenda.

Chronicorum deperditorum fragmenta servata apud Solinum.

In hisce veris auctorum reliquiis apud unum Solinum servatis maxime enitent laciniae chronicorum optimae aetatis, quorum tamquam indicem proponit tabula subiecta locorum Solinianorum non desumptorum ex Plinio, in quibus extat adnotatio temporis ad chronographorum consuetudinem accommodata *).

*) Omisimus locos de Alexandro magno nato n. c. 385 M. Fabio Ambusto T. Quintio Capitolino cos. (p. 237, 1) et de Alexandrea condita Ol. 112 L. Papirio Sp. f. C. Poetelio C. f. cos. (p. 164, 14), cum hi magis videantur proficisci ab interpolatore et in annis quoque indicandis non parum abhorreant a reliquis in tabula compositis, maxime eo, quod in priore annus numeratur non numeratione Catoniana, sed corrupta, qualis solet inveniri apud auctores aetatis labentis.

post Troiam captam	*Olympiade*	*ante et post urbem conditam*	*regnante*		
. .	. .	. . . .	. . . . . .	inter Ogygum et Deucalionem } anni 600 . .	p. 83, 17 cf. 12
2	. .	. . . .	. . . . . .	Aeneas in Italiam advectus . .	p. 38, 3
4	. .	. . . .	. . . . . .	Lavinium conditum	p. 38, 1
7	. .	. . . .	. . . . . .	Aeneas obiit postquam regnavit cum Lavinio a. 3, solus a. 2	p. 38, 8 sq.
272	. .	ante u. c. 160	Agrippa Silvio Tiberini f.	Homerus	p. 187, 6
. .	. .	. . . .	. . . . . .	inter Homerum et Hesiodum } anni 138 . .	p. 187, 17
408	1	. . . .	. . . . . .	Olympiacum certamen restitutum ab Iphito	p. 11, 11
. .	1	. . . .	. . . . . .	Hesiodus	p. 187, 17
433	7, 1 (al. Ol. 6-12)	. . . .	. . . . . .	Roma condita	p. 11, 1 sq.
. .	. .	. . . .	Romulo a. 17	bellum inter Laconas et Argivos Thyris	p. 62, 13
. .	22	. . . .	. . . . . .	Perdicca primus rex Macedoniae	p. 72, 17
. .	27	. . . .	. . . . . .	Tatius (*imo* Numa) moritur . .	p. 10, 4
. .	29	. . . .	. . . . . .	Arion victor in certamine Siculo	p. 62, 2
. .	31	. . . .	. . . . . .	Abdera a Clazomeniis restituta	p. 76, 15
. .	33	. . . .	. . . . . .	Lygdamis victor Olympiis pancratio	p. 22, 1
. .	35	. . . .	. . . . . .	Tullus Hostilius moritur . . .	p. 10, 10
. .	41	. . . .	. . . . . .	Ancus Marcius moritur . . .	p. 10, 13
. .	45	. . . .	. . . . . .	Massilia condita	p. 47, 22
. .	45	. . . .	Anco Marcio	Cyrenae conditae a Battio . .	p. 140, 11
586	46	. . . .	. . . . . .	Polymestor Milesius stadio vincit	p. 26, 2
. .	. .	. . . .	Tarquinio Prisco	Milo floruit	p. 23, 1
. .	49	. . . .	. . . . . .	ludi Isthmii restituti	p. 64, 1
604	49	. . . .	. . . . . .	bellum inter Alyatten et Astyagen	p. 95, 21
. .	50	. . . .	. . . . . .	Sibylla Cumana	p. 38, 15
. .	58	. . . .	. . . . . .	Orestis ossa inventa Tegeae .	p. 25, 21
. .	58	. . . .	. . . . . .	Croesus captus Sardibus a Cyro	p. 30, 13
. .	. .	. . . .	Bruto cos.	Pythagoras advectus in Italiam	p. 85, 4
. .	. .	u. c. 302	. . . . . .	decemviri creati	p. 12, 5
. .	. .	u. c. 489	. . . . . .	bellum Punicum primum . . .	p. 12, 6
. .	. .	u. c. 535	. . . . . .	bellum Punicum secundum . .	p. 12, 7
. .	. .	u. c. 604	. . . . . .	bellum Punicum tertium . . .	p. 12, 8
. .	. .	u. c. 662	. . . . . .	bellum sociale	p. 12, 8
. .	. .	. . . .	M. Antonio P. Dolabella cos.	Carthago restituta postquam eversa est anno 102	p. 132, 1
. .	. .	u. c. 710	A. Hirtio C. Pansa cos.	Caesar Augustus consul creatus	p. 12, 9
. .	207	u. c. 801	C. Pompeio Gallo, Q. Veranio cos.	. . . .	p. 11, 17

His adiungenda sunt alia non pauca ita comparata, ut licet epochae ibi mentio non fiat, alia originis ex opere chronographico indicia item certissima prae se ferant. eius generis sunt quae Solinus affert de Sibyllis et de populorum in imperio maris successione (p. 38, 14 — 39, 5 cf. p. 54, 3), item insigniora de regibus Romanis (p. 9, 22 — 10, 20) et Macedonum (p. 72, 4 — 74, 2 cf. p. 69, 10), maxime autem quae tradit nec pauca nec sane vulgaria de urbium populorumque originibus ipsius Romae p. 6, 1 — 9, 21. 11, 1 — 12, 3, plurimorum oppidorum Italiae p. 34, 4 — 38, 14. 42, 3 — 13, quorum non nisi minimam partem Plinius suppeditavit, Sardiniae 18, 22—19, 4. 50, 12—51, 5, Africae 121, 13—15. 131, 13 —132, 17. 140, 11—14. 142, 14. 15, inter quae eminet de Carthagine condita restitutaque narratio plena et perfecta, denique similes, sed minus insignes loci de Corsica p. 49, 10 et de Sicilia p. 54, 4 — 8, de Dardanis et Massilia p. 47, 15 — 22, item solitarii quodammodo de Abdera p. 76, 15 — 18, Apamea Phrygiae p. 185, 6 — 8, Tarso et Pompeiopoli Ciliciae p. 179, 19—180, 2. 181, 15 —18. profecta haec esse ex iisdem chronicis, unde sunt loci epocham habentes, inde etiam confirmatur, quod tam de Sibyllis locus quam de Macedoniae regibus, denique urbium complurium origines olympiadem adiectam habent. — Addi poterunt quae de viris litteris claris apud Graecos proponuntur maxime p. 31, 18 — 22. 55, 12 — 16. 83, 11. 184, 19 — 185, 5, nisi quod haec pauca sunt et vulgaria. — Magis exquisitae sunt, quamquam non multae, quae originem produnt ex annalibus Romanis narrationes de expeditione a. 501 (p. 139, 14), de primis praetoribus Siciliae Sardiniaeque (p. 52, 13), de bello Cretico Metelli (p. 25, 24 — 26, 5), quibuscum iungendae sunt dinumerationes temporum p. 12, 4—17 factae ad annum urbis conditae ratione Catoniana. — Minus certum est, etsi non prorsus improbabile, ex tali opere chronographico etiam ea venire, quae prodidit Solinus

de anni maxime Romani mutationibus ab antiquissimo tempore ad Caesarem Augustum doctrina nequaquam exili p. 12, 18 sq.

Chronicorum Solinianorum utilitas.

Chronici hi libri bonae aetatis et optimae notae fuerint necesse est, ut quae de eo per Solinum supersunt iure magni faciamus. qua de fragmentorum horum indole et natura ut qui Solinum legent paucis commonefaciamus, res videtur postulare. — Omnino quidquid inde profertur solidam et plenam doctrinam prodit. anni numerantur regum Romanorum CCXLI (p. 12, 1), cum septem regum anni (37+43+32+24+37+42+25) collecti efficiant annos CCXL; quos numeros inter se conciliandos esse per interregnum annuum inter Romulum et Numam interpositum iisque contineri antiquissimam huiusce epochae dinumerationem docui in chronologia p. 138 sq., quamquam propter arbitrarias editorum Solini numerorum immutationes de numeris ab eo prolatis tum non potui non falli. notabilis autem quae intercedit discrepantia inter reliquos antiquiores annorum regum Romanorum laterculos et Solinianum ut hunc ad auctorem minime recentem referamus multo magis postulat. — Deinde ubi ab urbe condita annos auctor numerat, numeri sunt Catoniani veri, quales non reperiri solent in chronicis aetatis labentis (v. librum citatum de chronologia p. 130). — Porro cum quaerere de singulis rebus in chronicorum fragmentis traditis non sit huius loci, velim tamen comparentur quae Solinus affert in ipso libri principio de urbis Romae nomine cum iis quae habent Servius (ad Aen. 1, 273) et Festus (p. 266 v. Romam coll. p. 220 v. Palatium), citantes inter alios eos ipsos auctores quos citat Solinus Agathoclem rerum Cyzicenarum scriptorem et Heraclidem Lembum Oxyrhynchium sane ne apud Graecos quidem pervulgatos. item quem ponit annum Carthaginis conditae p. 132, 11 omnino non differt ab eo, quem in suis chronicis repperit Velleius 1, 12, 5. denique quae de Polycle fabulatur p. 34, 9 a Rothio

probabiliter revocata sunt ad Dionysii Halicaruassensis de *πολίχνῃ* quadam narrationem a Solino auctoreve eius male intellectam. vel sic constabit, id quod quo magis res diligenter expendentur, eo magis confirmatum iri persuasum habeo, hunc rivulum turbidum quidem et exilem tamen derivari ex vasto flumine doctrinae aetatis Augustae versarique nos hic in media eruditione Varroniana Verrianaque. — Denique idem apparet ex recensu eorum auctorum, qui in Solinianis illis operis chronographici reliquiis citantur. sunt autem hi: Graeci ***Agathocles*** (Müller fragm. hist. 4, 290) p. 6, 12; ***Apollodorus*** p. 11, 3; ***Eratosthenes*** p. 11, 3; ***Heraclides*** (Müller 3, 167) p. 6, 8; ***Silenus*** (Müller 3, 100) p. 9, 1; ***Zenodotus*** (Müller 4, 531) p. 36, 3. item Latini ***M. Antonius*** p. 37, 10; ***Bocchus*** p. 27, 3. 37, 8. 38, 22; ***M. Cato*** 'in oratione senatoria' p. 132, 5, opere non indicato p. 33, 12. 35, 9; ***Cincius*** p. 11, 1; ***C. Coelius*** p. 42, 6; ***Cosconius*** p. 38, 1; ***Gellius*** p. 7, 13; ***Hemina*** p. 37, 3. 38, 4; ***Lutatius*** p. 11, 2; ***Nepos*** p. 11, 2; ***Pictor*** p. 11, 2; ***Pomponius Atticus*** p. 11, 4; ***Sextius*** p. 35, 10; ***L. Tarruntius*** p. 9, 16; ***M. Tullius*** p. 11, 4; ***Varro*** p. 9, 7, quibus adde si placet ***Praenestinos libros*** p. 36, 4. quorum ut et Graecos mittamus et eos, de quibus aliunde non constat: M. Antonium (quem Servius ad Aen. 12, 753 citat per Solinum opinor), fortasse Gniphonem; C. Coelium, diversum omnino a notissimo scriptore L. Coelio Antipatro, fortasse eundem quem citant Strabo 5, 3, 3 p. 230 et Servius ad Aen. 10, 145; Cosconium, qui vix potest fuisse citatus a Varrone 6, 36. 89; Sextium distinguendum a philosophis Sextiis sectae Pythagoricae; Bocchum denique, de quo mox dicetur, restant rerum scriptores aetatis liberae rei publicae probatissimi quique Pictor, Cincius sive verus sive simulatus, Cato, Hemina, Gellius, Lutatius (cf. C. I. L. 1 p. 389), item recentiores Varro Cicero Tarruntius (v. chronol. meam p. 146) Atticus Nepos: nec quisquam laudatur quem post Nepotem vixisse constet. quocum optime convenit non solum quod res quae afferuntur descendunt fere ad Augustum, sed maxime

Auctores a chronicorum Solinianorum scriptore adhibiti.

quod loco insigni p. 11, 17 traditur anno u. c. secundum Catonem 801, id est p. Chr. 49, actis publicis adnotatam esse olympiadem CCVII. quem annum potissimum cur chronographus posuerit nulla causa apparet, cum praesertim ludi saeculares celebrati essent biennio ante p. Chr. 47, nisi ponas cum eo fere tempore librum edidisse. quae de chronicorum horum aetate opinatio ita omnibus numeris satisfacit, ut equidem non dubitem edita ea esse imperante Claudio. nec fortasse ipsum auctoris nomen apud Solinum desideratur. nam cum appareat ex scriptoribus qui ab eo laudantur in chronographicis certorum quos supra recensui nullum ipsorum chronicorum auctorem haberi posse nec magis quae de incertis quattuor primis afferuntur ullam eiusmodi suspicionem moveant, longe diversa est ratio Bocchi. is enim non solum citatur ter, cum sit omnium minime illustris, sed citatur etiam non tam ad rem aliquam a paucis traditam vel controversam probandam quam de rebus apud chronographos omnes relatis et fere tralaticiis, ut sunt aetas Sibyllae Delphicae p. 38, 22 et Polymestor Olympionica p. 27, 3. Bocchus autem hic Solinianus haud scio an sit Cornelius Bocchus is, quem inter auctores Latinos recenset Plinius in indicibus l. 16. 33. 34. 37 quemque citat cum propter gemmas quasdam Hispanicas omnes (37, 24. 97. 127) tum ad originem Sagunti declarandam conditi secundum Bocchum a Zacynthiis anno CC ante excidium Troiae (16, 216). haec adnotatio licet mire conveniat cum Solinianis, tamen Bocchi apud Plinium relata cum omnia pertineant ad Hispaniam neque omnia locum habere potuerint in opere chronographico, magis putarim Plinium eiusdem viri libro diverso fortasse de admirandis Hispaniae usum esse. — Hoc denique facile apparet chronicorum auctorem scripsisse Latine hominibusque urbanis, cum locorum indicationi vel praecipuam et tanquam exegetae curam impendat et ubi aedificium antiquum commemorat addere soleat, quid pro eo eodem loco nunc sit (v. p. 7, 8 — 10, 20).

Chronica Soliniana edita imperante Claudio.

Chronicorum Solinianorum auctor Bocchus.

Chorographia deperdita adhibita a Solino.

Quamquam autem eorum quae leguntur apud Solinum non petita ex Plinio Melave pleraque et eximia fere omnia ex chronicis illis de quibus diximus oriunda videntur esse, tamen collectaneorum auctor quartum praeterea librum adhibuerit necesse est, nimirum chorographiam aliquam, in qua orbis terrarum variaque in eo mira percenserentur: cuius generis exempla suppeditabunt Sicula p. 53, 1 — 20. 55, 17 — 58, 22. 59, 19. 20; Cretensia p. 80, 10 — 14. 81, 3 — 82, 6. 12. 13; Britannica fere universa p. 112 — 115. haec ita solent comparata esse, ut de finibus uniuscuiusque terrae vulgaria tradantur, curatius tractentur naturae miracula eaque quae cum mythologia coniuncta sunt, ut exempli causa Ulixis vestigia deprehenduntur in Caledonia (p. 112, 11) et Olisipone (p. 116, 9), in Orestide enarratur fuga Orestis (p. 70, 14 — 22), Icosium Mauretaniae constitutum esse narratur ab Herculis comitibus viginti (p. 128, 7 — 11). Euhemerismi indicium prae se fert iudicium de Amphione p. 65, 10 aliaque. denique eodem referemus physica pauca de mundi natura p. 169, 3. 4. 174, 18 — 175, 2, maxime de mundi natali p. 157, 21. 22. 163, 20 — 164, 5 annoque magno p. 168, 4 — 6. — In hac operis parte etsi plura leguntur vulgaria et contemnenda, tamen non desunt, quae rerum accuratam notitiam prodant, ut exempli causa quae produntur de vocabulis Cretico p. 81, 17 et Syriaco p. 180, 8, item quae narrantur de Sardinia p. 50, 9 sq. comparata cum Sallustianis (hist. fr. 2, 2 Dietsch.). — Auctores in fragmentis his chorographicis consentaneum est citari longe rarius quam in chronographicis; citantur autem duo soli Varro et Granius Licinianus, et ille quidem quinquies, semel adiecto libri titulo *de litoralibus* p. 81, 13, quater simpliciter p. 63, 8. 66, 11. 130, 21. 165, 13, qui quattuor loci versantur omnes in fontium fluminum marium nominibus et miraculis enarrandis videnturque omnino ex eodem opere desumpti esse omnes. nec diversum fuit, id quod multi iam observarunt (v. Ritschelius in egre-

Varronis de litoralibus librorum apud Solinum fragmenta.

gio commentario de litteratura Varroniana mus. Rhen. 6, 534), opus illud *de litoralibus* ab eo, quod sub titulo Varronis *de ora maritima* Servius laudat (in Aen. 1, 108. 111. 5, 19. 8, 710), duos id pluresve libros comprehendisse significans, quorum aliquem fuisse conicias librum *de aestuariis* citatum ab ipso Varrone (9, 26). aliis denique nec paucis huius ordinis locis Varroniana proferri sine nomine auctoris consentaneum est. — De Granio Liciniano autem infra dicetur.

Soliniana reliqua non Pliniana: item quo consilio additamenta haec non Pliniana Plinianis interposita sint, quaeritur.

Restant denique apud Solinum originis incertae alia minora fere et ita comparata, ut cum narratio ipsa aperte ex Plinio Melave pendeat, tamen apud Solinum quaedam inveniantur, quae non leguntur apud illos neque addi potuerunt, nisi ab homine sane erudito cuique ad partem certe earum copiarum quibus ipsi usi sunt Plinius et Mela, non minus aditus pateret. de quibus ita disputabitur, ut simul complectamur totam quaestionem de eorum, quae Plinianis adiecta inveniuntur apud Solinum, ratione et origine. quo referendae sunt primum iis, quae Plinius Melave referunt sine auctore, adscriptae auctoritates *Archelai* regis p. 206, 16; *Crispi* p. 50, 10; *Democriti* physici p. 17,9. cf. p. 50,5; *Homeri* p. 68,1. 69,1; *Iubae* regis p. 133, 17. 206, 17; *Metrodori* p. 45, 11; *Theophrasti* p. 97, 18; *Zoroastris* p. 45, 9. 177, 10. quamquam verum est haec aut omnia aut pleraque admodum suspecta esse et conturbata. nam ut Punicos libros p. 155,3 constat non alios esse quam ipsius Iubae regis simul citatos, ita non magnam fidem habebimus Solino p. 133,17 ea quae Plinius scribit se audivisse referenti ex eodem Iuba, vel Theophrastum citanti de ea re quae nec dixit is nec facile dicere potuit, nec pro Plinii Myrsilo Crispum laudanti, quamquam huius loci similia vere videtur Sallustius posuisse in historiis. Metrodori porro allegatio etsi per se suspicione caret, tamen quid vetat in tali auctore cogitare de confusione, cum Plinius in libro de gemmis Metrodorum saepenumero citarit? reliqua denique aut facillime similiter explicantur aut vulgaria

sunt. — Aliis locis item adscripta repperiuntur praenomina a Plinio omissa: ut p. 23, 21 Cu. Pompeio et C. Vibio; p. 23, 24 M. Messallae; p. 32, 24 M. Fulvio Flacco (qui tamen Plinii auctori Valerio Maximo 8, 15, 12 dicitur Quintus, ut Valerius de consule a. 517, Solinus Soliuive auctor de patre eius cousule a. 490 cogitasse videatur); p. 129, 3 L. Domitio Ahenobarbo. alibi tempus definitur, ut Metrodorus p. 30, 2 dicitur vixisse temporibus Diogenis cynici confundente scilicet scriptore Metrodoros Scepsium et Atheniensem (v. Salmas. p. 36): item ad narrationem de Orestis ossibus inventis p. 25, 20 olympias adiecta est. Deuique aliis locis quae Plinius breviter indicarat explicantur augenturve: ita Deli nominibus a Plinio simpliciter relatis apud Solinum p. 83, 20 subicitur Asteriam insulam dici a cultu Apollinis, Lagiam et Cynethonem a venatibus. ita p. 140, 8 Plinio inferente Tritoniam paludem Pallantian appellari Callimacho Solinus narrat Minervam in ea se speculatam esse. denique cum Plinius 4, 16 sic scribat de agro Laconico: *oppida Taenarum, Amyclae, Pherae, Leuctra: et intus Sparta, Therapnae, atque ubi fuere Cardamyle, Pitane, Anthia, locus Thyreae, Gerania, mons Taygetus, amnis Eurotas*, eadem plane oppida recensentur apud Solinum p. 62, 4—16, nisi quod omittuntur Pherae et Gerania, eodemque fere ordine, transpositis tantummodo Leuctris et Cardamyle: sed nudis nominibus Plinii adduntur res memoratu dignae memoranturque ad Amyclas causa interitus silentium, ad Leuctra pugna, ad Spartam aedis Castorum aliaque, ad Therapnen Diana, ad Pitanen Arcesilas ibi natus, ad Thyreas pugna inter Laconas et Argivos. similem rationem inter Pliniana et Soliniana persequi licet usque ad p. 63, 7. — Quae qui probe expenderit, simul universam Soliniani operis naturam et originem tenebit. pendent quidem collectanea tota a Plinio nec solum materiem inde pleramque traxerunt sed etiam quodammodo operis formam: at exhibent Pliniana non qualia primum

Plinii naturae historia ad chorographiae formam redacta et aucta.

prodierunt qualiaque nos ea legimus, sed aucta subinde maxime ex chronicis illis libris, deinde ex Mela alteraque deperdita cosmographia. ita factum est, ut ea quoque Soliniana, quae non leguntur apud Plinium, tamen inter Pliniana repperiantur sic inserta, ut eodem nexu et quasi eodem spiritu contineantur (vide inter alia multa p. 19, 12 — 14. 21, 20 — 22, 4), denique etiam in iis, quae non petita sunt ex Plinio quem habemus, tamen plerumque statim appareat, cui loco Pliniano additamentum de quo agitur olim adiectum fuerit. veniunt autem ab hac Plinii recognitione non tantum additamenta de quibus proxime egimus minora, sed etiam sumpta ex Mela quaeque superius ex operibus chronographico et chorographico deperditis repetivimus. — Apparet praeterea Plinianum illum velut continuatorem taedio opinor laboris oppressum non pervenisse ad eum quem sibi proposuerat finem. nam cum opus ita instituisset, ut geographicis maximam partem ex Plinio sumptis insereret suis locis excerpta selecta ex Plinianis libris reliquis aliisque auctoribus, et in Plinio substitit post librum undecimum, qui est de arboribus externis, omissis reliquis excepto ultimo de gemmis, et Mela non usus est post p. 206, 17, chorographia altera uti desiit p. 208, 15, denique opus chronographicum cum initio in parte quae est de Roma et Italia insulisque Italicis, item in enarranda Graecia et Macedonia assidue compilavisset et origines urbium regumque ordines staminibus suis non indiligenter intexuisset, a capite fere decimo reposuit nec nisi raris locis postea inspexit. ita evenit, ut opus licet non formosum superue, tamen non plane contemnendum, in piscem desinat maenis potius quam mullis adnumerandum.

Chorographiae Plinianae epitomas fecisse Solinum.

Extitit igitur post Plinium, qui eius naturae historiam ad chorographiae formam redigeret et ita redactam excerptis aliorum auctorum chorographorum et chronographorum ampliaret. hoc ut indagemus superest, utrum Plinianam hanc chorographiam integram teneamus an qui

extat Solini libellus eius tantummodo sit epitome. hoc ut statuamus, suadet sane universa Soliniani libelli condicio. nam qui Plinium ita auxit homo non indiligens, quamquam non eadem diligentia per universum operis decursum usus, et multae lectionis, cur idem tam multa a Plinio relata sustulerit vix intellegitur. denique mira inaequalitas libelli modo minima ponentis, modo maxima neglegentis epitomen ni fallor tanquam digito monstrat. sed non opus est coniecturis, cum adsint probationes certae, licet adhuc non satis intellectae, unde efficias eum librum, quem nos habemus inscriptum Solini nomine, olim extitisse forma longe maiore et ampliore. — Notum est reperiri apud Appuleium in floridis (2, 12) locum de psittaco Pliniani (10, 117. 119) et Soliniani (p. 211, 18 — 212, 13) omnino simillimum. de qua similitudine ut facilius iudicetur, tres locos omnes composuimus ad ordinem Plinianum, reliquorum auctorum ordine indicato numeris adscriptis.

Ex chorographia Pliniana excerpta apud Appuleium.

PLINIVS:	APPVLEIVS:	SOLINVS:
India hanc *avem mittit*, psittaceu vocat	1) Psittacus avis Indiae	1) Sola *India mittit avem* psittacum
viridem toto corpore	2) color psittaco viridis	2) colore viridem
torquo tantum *miniato* in cervice *distinctam*.	3) sola cervice *distinguitur* . . . cervicula eius circulo *mineo* velut aurea torqui . . . cingitur.	3) torque puniceo.
capiti eius duritia eadem quae rostro.	5) . . . capitis eadem duritia quae rostri.	5) caput . . tam valens,
hoc, cum loqui discit, ferreo *verberatur* radio: non sentit aliter ictus.	6) cum sermonem uostrum cogitur aemulari, ferrea *clavicula* caput tunditur, imperium magistri ut perseutiscat	6) ut, si quando ad discendum plagis sit admoneudus (nam studet ut quod homines loquatur), ferrea *clavicula* sit *verberandus*.
cum devolat, rostro se excipit, illi innititur leviorem que ita se pedum infirmitati facit.	4) rostri prima duritia: cum in petram quampiam concitus altissimo volatu *praecipitat*, rostro se velut ancora excipit.	4) rostri tanta duritia est, ut cum e sublimi *praecipitat* in saxum, nisu se oris excipiat et quodam quasi fundamento utatur extraordinariae firmitatis.

PLINIVS:	APPVLEIVS:	SOLINVS:
. . . . verbum addiscere (picas) negant posse quam quae ex genere earum sunt quae glande vescantur	5) verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus glande qui vescitur	
et inter cas facilius quibus quini sint digiti in pedibus	6) et cuius in pedibus ut hominis quini digituli numerantur.	6) inter nobiles et ignobiles (psittacos) discretionem digitorum facit numerus: qui praestant, quinos in pedes habent digitos, ceteri ternos.
ac ne cas quidem ipsas nisi primis duobus vitae annis.	7) discit autem statim *pullus* usque ad duos aetatis suae annos, dum facile os uti conformetur, dum tenera lingua uti convibretur; senex autem captus *et indocilis est et obliviosus.*	7) dum *in pullo* (*al.* pullus) est atque adeo intra alterum aetatis suae annum, quae monstrata sunt et citius discit et retinet tenacius: paulo senior *et obliviosus est et indocilis.*
latior his est lingua.	10) *lingua latior quam ceteris avibus:* eo facilius *verba* hominum *articulant.*	9) *lingua* lata multoque *latior quam ceteris avibus:* unde perficitur, ut *articulata verba* penitus eloquatur.

Appuleius et Solinus cum pendeant uterque ex solo Plinio, tamen mire inter se consentiunt non solum in locutionibus, quae absunt a Plinio, et in enuntiatorum ordine diverso a Pliniano, sed etiam quae de picis Plinius scribit pari errore referunt ad eos de quibus proxime Plinius egit psittacos, ut aut alter alterum expilarit necesse sit aut ambo communem auctorem qui nunc non extat. iam vero Appuleius auctor aetatis Antoninianae quominus pendeat a Solino, impedit cum Soliniani libri universa indoles sermoque ab secundo saeculo nimium quantum abhorrens, tum quod plenior est narratio Appuleiana quam Soliniana, a qua abest caput Appuleianum quod supra fecimus octavum. contra Solinum haec adscivisse ex Appuleio censuit Salmasius (p. 713) non magis probabiliter: nam cum per totum librum Solinus Plinio se mancipavit totusque sit in eo ita ampli-

ficando et ita perturbando, ut caput de psittacis picisque amplificatum et perturbatum esse modo vidimus, denique locus de psittaco extet apud eum inter solita excerpta Pliniana et in ea quidem operis parte, quae Pliniana tota est, hunc de psittaco locum Solinum petitum ivisse ab Appuleio, quem praeterea attigit nusquam, nonne prodigiosum est vel potius ineptum? accedunt vestigia paullo obscuriora, sed non minus certa, maxime in capitibus quae nos fecimus Solini primum et quartum, locutionum Plinianarum ibi retentarum a Solino, ubi eas mutavit Appuleius. quare cum harum opinionum neutra probari possit, non restat nisi tertia pendere tam Appuleium quam Solinum ab auctore hodie deperdito Plinii et epitomatore et amplificatore.

Ex chorographia Pliniana excerpta apud Ammianum.

Idem plane dicendum est de Ammiano scriptore saeculi quarti exeuntis, quem hodie solent recensere inter Solini expilatores parum considerate. vera ratio ut perspiciatur, subiecimus locum Ammiani 31, 2, 14. 15 quaeque ei respondent cum apud Solinum p. 92, 6 sq. tum apud Melam Pliniumque. agit Ammianus de Neuris Budinis Gelonis Agathyrsis Melanchlaenis Anthropophagis magnoque post hos deserto: idem ordo est apud Solinum, nisi quod omittit hic Budinos et Melanchlaenas: iidem denique populi nominantur alii apud Plinium (qui etiam Budinorum meminit 6, 88) alii apud Melam (apud quem mentio fit Melanchlaenarum 2, 1, 13), sed ordine diverso.

MELA 2, 1, 13:	PLINIVS:	AMMIANVS:	SOLINVS:
Geloni hostium cutibus equos seque velant, illos reliqui corporis, se capitum.		Geloni perquam feri, qui detractis peremptorum hostium cutibus indumenta sibi equisque tegmina conficiunt, bellatrix gens.	Geloni ad hos proximant. de hostium cutibus et sibi indumenta faciunt et equis suis tegmina.
MELA 2, 1, 10:			
Agathyrsi ora artusque pingunt: ut quisque maioribus praestat, ita magis aut mi-		Gelonis Agathyrsi conlimitant interstincti colore caeruleo corpora simul et crines, et humiles quidem	Gelonis Agathyrsi conlimitantur caerulo picti, fucatis in caerulum crinibus, nec hoc sine differentia: nam

MELA:		AMMIANVS:	SOLINVS:
nus, ceterum iisdem omnes notis et sic, ut ablui nequeant.		minutis atque raris, nobiles vero latis fucatis et densioribus notis.	quanto quis anteit, tanto propensiore nota tinguitur, ut sit indicium humilitatis minus pingi.
MELA 2, 1, 13: apud Anthropophagos ipsae etiam epulae visceribus humanis apparantur.	PLINIVS 6, 53: Anthropophagi Scythae insident humanis corporibus vescentes.	post hos Melanchlaenas et Anthropophagos palari accepimus per diversa, humanis corporibus victitantes.	post Anthropophagi, quibus execrandi cibi sunt humana viscera.
	PLINIVS 6, 53: ideo iuxta vastae solitudines ...	quibus ob haec alimenta nefanda desertis finitimi omnes longa petiere terrarum.	quem morem impiae gentis adiacentium terrarum prodit tristissima solitudo, quas ob nefarium ritum finitimae nationes profugae reliquerunt.
	PLINIVS 6, 53 – 54: .. deserta cum belvis usque ad iugum incubans mari quod vocant Tabim. nec ante dimidiam ferme longitudinem eius orae quae spectat aestivum orientem inhabitatur illa regio. primi sunt hominum qui noscantur Seres.	ideoque plaga omnis orienti aestivo obiecta, usque dum venitur ad Seras, inhabitabilis mansit.	ea causa est, ut usque ad mare quod Tabin vocant per longitudinem eius orae, quae aestivo orienti obiacet, sine homine terra sit et immensa deserta, quoad perveniatur ad Seras.

Adnotationes pleraeque Ammiani et Solini cum paene ad verbum consentiant, tamen apparet alia Ammiano, alia Solino propria esse: denique quae de Neuris uterque tradit, plane diversa sunt. patet igitur neque a Solino pendere Ammianum neque Ammianum a Solino, sed tam hunc quam illum petiisse haec ex commentario deperdito, qui Plinium Melamque iam ita fere exhibuerit contaminatos, ut apparent apud Solinum cumque fere rerum ordinem constituerit, quem tam Ammianus quam Solinus presse secuti sunt. — Addam ex multis alium

locum, unde idem perspiciatur in Ammianis his Solinianisque eiusdem libri duas epitomas superesse inter se diversas:

PLINIVS 9, 107—116:	AMMIANVS 23, 6, 85—88:	SOLINVS 53, 23—28:
has (conchas) ubi genitalis anni stimularit hora, pandentes se quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt,	margaritae repperiuntur in testis marinis robustis et candidis permistione roris anni tempore praestituto conceptae. cupientes enim velut coitum quendam humores ex lunari adspergine capiunt densius oscitando.	conchae sunt, in quibus hoc genus lapidum (margaritae) requiritur, quae certo anni tempore luxuriante conceptu sitiunt rorem velut maritum, cuius desiderio hiant: et cum maxime lunares liquuntur aspergines, oscitatione quadam hauriunt humorem cupitum.
	exindeque gravidulae edunt minutas binas aut ternas, vel uniones ideo sic appellatas, quod evisceratae conchulae singulas aliquotiens pariunt, sed maiores.	sic concipiunt gravidaeque fiunt.
gravidas postea niti partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti:		de saginae qualitate reddunt habitus unionum:
si purus influxerit, candorem conspici,		nam si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum,
si vero turbidus, et fetum sordescere: eundem pallere caelo minante conceptum.		si turbidum, aut pallore languent aut rufo innubilantur.
ex eo quippe constare caeli quietis maiorem societatem esse quam maris,	idque indicium est aetherea potius derivatione, quam saginis pelagi hos oriri fetus et vesci,	ita magis de caelo quam de mari partus habent.
inde nubilum trahi colorem aut pro claritate matutina serenum.	quod guttae matutini roris iisdem infusae claros efficiunt lapillos et teretes, vespertini vero flexuosos contra et rutilos et maculosos interdum.	denique quotiens excipiunt matutini aëris semen, fit clarior margarita, quotiens vespere, fit obscurior

PLINIVS:	AMMIANVS:	SOLINVS:
si tempestive satientur, grandescere et partus.	minima autem vel magna pro qualitate haustuum figurantur casibus variatis.	quantoque magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo.
si fulguret, comprimi conchas ac pro ieiunii modo minui, si vero etiam tonuerit, pavidas ac repente compressas quae vocant physemata efficere, specie modo inani inflatas sine corpore: hos esse concharum abortus.	concussae vero saepissime metu fulgurum inanescunt aut debilia pariunt aut certe vitiis diffluunt abortivis.	si repente micaverit coruscatio, intempestivo metu comprimuntur clausaeque subita formidine vitia contrahunt abortiva, aut enim perparvuli fiunt scrupuli aut inanes.
Post alia:		*Post alia:*
concha ipsa cum manum videt comprimit sese . . . . . . inter scopulos maior pars invenitur, in alto quoque comitantur marinis canibus.	capturas autem difficiles . . . . illa efficit ratio, quod frequentari sueta litora propter piscantium insidias declinantes, ut quidam coniciunt, circa devios scopulos et marinorum canum receptacula delitescunt.	piscantium insidias timent conchae: unde est, ut aut inter scopulos aut inter marinos canes plurimum delitescant.
Post alia:		*Post alia:*
in Britannia parvos atque decolores nasci certum est.	quod genus gemmae etiam in Britannici secessibus maris gigni legique, licet dignitate dispari, non ignoramus.	dat et India margaritas, dat et litus Britannicum.

Etiam de Nilo mirabilia apud utrumque relata (Amm. 22, 15, 3—13; Solin. 32, 1—16) qui inter se contulerit, item repperiet pendere utrumque a Plinio, sed ita, ut Ammianus habeat a Solino praetermissa, ut mentionem etesiarum (Amm. § 7 = Pl. 5, 54), nomina septem ostiorum (Amm. § 10 = Pl. 5, 64), denique Nilum non *fluere*, sed *ruere* Plinii § 54 totidem verbis repetere Ammianum § 9, cum apud Solinum § 7 sit *ruere* Nilum potius quam *manare*. cf. item Amm. § 12, Pl. § 57, Sol. § 12. 13. nec magis rarus est in his consensus inter Ammianum et Solinum etiam in iis quae non habet aliterve habet Plinius: ita Ammianus § 8 et Solinus § 2

praeter Iubam Punicos libros citant, quorum non meminit Plinius: ita *controversi spiritus* sunt tam apud Ammianum § 7 quam apud Solinum § 10 non petiti ex Plinio. — Denique reliqua quoque Soliniana et Ammiana qui inter se compararit, eandem ubivis inter ea rationem intercedere deprehendet.

Chorographiam Plinianam editam videri imperante Hadriano Piove.

Quare cum Solini librum ipsum supra viderimus non antiquiorem esse saeculo tertio, nunc addendum est ipsum opus, quod in breve contraxit quodque chorographiam Plinianam nuncupavimus, iam in hominum manibus fuisse aetate Antoniniana teste Appuleio eius aetatis scriptore. scripta autem est chorographia ea non ante Hadrianum, cum inter auctores quos laudat inveniatur Granius Licinianus bis citatus nomine Granii p. 44, 18, Liciniani p. 37, 12, iam ex ignobili celebratus propter historiarum reliquias nuper litteris restitutas. cuius de aetate operibusque quaestio admodum perplexa cum hoc loco retractari non debeat, tantum breviter significabimus deprehensa esse in Liciniani reliquiis Londinensibus certa aetatis aut Hadrianae aut Hadriano posterioris indicia, maxime Olympici quod fuit Athenis ab Hadriano absoluti significationem non obscuram: mihi autem et Granios Licinianum et Flaccum diversos videri nec interpolatum Liciniani opus ab auctore aetatis posterioris. quae si vera sunt, inde colligemus Plinianam chorographiam, quam in compendium redegit Solinus, conscriptam esse saeculo secundo imperante Hadriano aut Antonino Pio. — Auctor libri quem breviavit si quidem nomine laudatur a Solino, non potest esse nisi ipse Licinianus: nulla tamen causa fuit, cur nomen poneret. eodem iure et fortasse meliore coniciat quis chorographiam illam alteram deperditam una cum Pomponiana ab auctore huius libri adhibitam ad Plinium augendum fuisse Liciniani, utpote qui in reliquiis eius operis praeter Varronem solus citetur (p. XVIII). sed de ea quoque coniectura dicendum erit non satis apparere, cur Solinus, qui nec Melam nec ipsum Plinium usquam verbo

De Granio Liciniano.

memoret, alterius operis chorographici auctorem ponere debuerit nec tales rationes, quales de Boccho supra attulimus, praesto esse de Liciniano. — Sed mittamus haec: omnino enim quaestio de chorographia illa Pliniana huius nostrae opellae terminos excedit. nam ei ut satisfiat, ante omnia diligenter circumspiciendum erit, quid ex illo opere multum sane lectitato a saeculo inde secundo praeter Solinum alii auctores servarint; nec quaestio ea cohibenda erit intra Appuleium et Ammianum. Macrobium cum inter Solini expilatores rettulit Bernhardius, hoc tantum testatum voluit ne Vossium quidem suum legisse se, nedum Macrobium: sed disputationem de anno Romano, qualis legitur tam apud Solinum quam apud Censorinum in libro edito a. p. Chr. 238 et Macrobium scriptorem saeculi quinti, post alios ego docui (in chronol. p. 19) ita comparatam esse, ut tres quos habemus enarratores pendeant ab auctore communi: quem quominus statuamus fuisse eum qui Plinium ad chorographiae formam recensuit aetate Hadriana nihil videtur obstare. nam ad Varronem quidem semper ea res redibit tanquam auctorum auctorem: nec tamen crediderim Censorinum Solinum Macrobium ipsos legisse Varronis volumina supra suae aetatis modulum docta. — Denique de quibus per hos annos saepe disputaverunt critici Pliniani additamenta vetusta ad septimum potissimum Plinii librum (7, 55. 73. 74. 91. 122. 123), re magna certe ex parte Plinianis nullo modo inferiora, sed in uno tantum alterove codice, maxime in Vesontino Chiffleti neque ibi nisi ad marginem reperta, proclive est repetere ab illa tanquam altera eaque aucta Plinii editione, cum praesertim qui hanc curavit eum librum Plinii de homine sedulo retractasse etiam ex Solino constet.

Chorographiam Plinianam quinam praeterea usurparint.

Sed redeamus ad Solinum. ad quem quae pertinent ex antiqua aetate ut absolvamus, restat, ut pauca addamus de iis qui eum ipsum, non auctorem eius expilarunt. constat autem Solini librum talem fere, qualem

De auctoribus antiquis Solini expilatoribus.

hodie habemus, lectum esse et expilatum a quinque auctoribus Augustino Capella Prisciano Servio Isidoro*). Misso autem *Servio*, qui paucissima tantum et sub Solini fere nomine inde videtur in suum librum transtulisse, videamus de quattuor reliquis. et *Priscianus* quidem in institutionibus grammaticis scriptis saeculo VI ineunte pluribus locis diserte citat Solinum: praeterea periegesi Dionysianae Latine a se versae (nam de auctore satis constat) quae adiecit, paucissimis exceptis (v. 185—187 de Didone; v. 556 de Proconeso; v. 772 de Byzantio) omnia petiit ex Solino. — Similiter *Isidorus* Hispalensis († c. 636) in libro de natura rerum Solinum citat nominatim. eundem in etymologiis etsi ex operis instituto auctores non adscribit, tamen multis locis pendere ex Solino cum propter alia argumenta certum est tum quod interdum ita erravit, ut ipsa Solini verba ante oculos eum habuisse pateat. sic 14, 3, 32 ex Solini loco p. 96, 11: *Heniochorum montes Araxen, Moschorum Phasidem fundunt* haec effecit: ***habet et flumina magna Oscorum Phasidem atque Araxen***; quem errorem Isidorus, si hoc loco Solini auctorem Plinium neque ipsum Solinum secutus esset, nequaquam commisisset. adhibuit tamen Isidorus praeter Solinum etiam ipsum Plinium et saepe ita, ut in eodem capite miscuerit Pliniana et Soliniana. — Eadem fere ratione ***Marcianus Capella*** auctor aetatis incertae, nisi quod constat eum scripsisse ante a. 498 (cf. Rossi inscr. christ. U. R. I p. 476), commentariorum suorum sextum ita concinnavit, ut modo Plinium, modo Solinum, initio magis illum, in fine

Priscianus. Isidorus. Capella.

*) Doctores ecclesiasticos Hieronymum Ambrosium Augustinum iisdem fere verbis saepe mutuatos esse sententias Solini in vita eius editioni (Viennae 1520) praemissa scribit Iohannes Camers; meminisse Solini ex patribus Hieronymum Ambrosium Augustinum posuit Camertem opinor secutus Ger. Io. Vossius (de hist. lat. l. III s. v.), quem deinde Fabricius aliique exscripserunt. certos vero locos Hieronymi Ambrosiive ex Solino desumptos cum nemo demonstrarit, ego quoque nullos novi neque fateor multum quaesivi.

huuc potius expilaret ueque praeter hos in hac quidem operis parte auctorem alium adhiberet: qua de re in universum recte uuper exposuit Frid. Lüdecke (de Marciani Capellae libro sexto. Gottingae 1862 p. 13 sq.). uec desunt apud Capellam errores ex ipsius Solini verbis male lectis explicandi. ita cum Solinus p. 229, 7 scripsisset: ***habitari etiam addit Aethiopiae adusta Trogodytarum et Ichthyophagorum nationibus***, Capella 6, 702 ***abdita*** legens pro eo quod est ***addit*** vel ***addita*** (hoc enim habent libri plerique) inde fecit: ***habitantur etiam abdita Aethiopiae et adusta Trogodytarum et Ichthyophagorum gentibus,*** sicut observavit Lüdecke (l. c. p. 31). item p. 231, 2 cum scripsisset Solinus: ***tertia*** (insula) ***huic proximat eodem nomine,*** quae respondent Plinianis 6, 204: ***ab ea in vicino eodem nomine minorem***, Capella 6, 702 male iungens ***proxima teodem nomine*** sic locum expressit: ***tertia Teode,*** sicut observavit Salmasius (exerc. Plin. p. 927 *B*) et breviter nos supra iam tetigimus. — Denique ***Augustinus*** in commentariis de civitate dei saeculo quinto ineunte editis similiter coniunctos adhibuit Plinium Solinumque. nam quae rettulit duobus locis ex ***gentium historia*** (16, 8, 1. 21, 6, 1) seu ***curiosiore historia*** (16, 8, 1; cf. 21, 7 extr.) sive ***historia non factorum et transactorum, sed manentium locorum*** (21, 5, 2), eorum quae priore loco (16, 8, 1) leguntur, aperte descripta sunt ex Plinii naturae historiae libro septimo (§ 15—30) ita, ut saepe ipsa verba Plinii retineantur, cum Solinus eadem aut non habeat (ut locum de androgynis) aut aliter referat (ut locum de Monocolis p. 208, 2 aliaque): contra quae secundo loco (21, 5, 1) referuntur, ea vel in ipso rerum ordine (qui secundum Solinum est 5, 18. 29, 4. 7, 2. 13. 32, 35. 35, 8. 37, 16. 21. 45, 18. 52, 49) fere Solini libellum sequuntur omniaque haec apud Solinum redeunt, cum quaedam, ut loci de asbesto et de pomis Sodomorum, apud Plinium non adsint. quam ob rem etsi fieri potest, ut Augustinus non Solinum adhibuerit, sed eum quem is epitomavit, tamen magis cre- Augustinus.

Plinius et Solinus labente aetate simul plerumque adhibiti.

diderim volvisse eum ea quae nos habemus Plinii Solinique volumina. — Notabilis autem est coniuncta haec Pliniani et Soliniani librorum usurpatio, qualis non solum obtinuit extrema litterarum Latinarum aetate, sed etiam ad medii aevi incipientis grammaticos videtur propagata esse: certe Dicuil monachus Scotus saeculi noni incipientis cum narrationem compilat ex Plinio fere et Solino, tralaticiam quandam horum auctorum coniunctionem scholasticam secutus videtur esse. Byzantiorum autem grammaticorum in scholis Solinum lectum esse et explanatum quamquam non traditur, tamen eo ducit cum quod Theodosius II eum manu sua descripsit tum quod Priscianus eo utitur tanquam sermonis Latini teste idoneo. ita non magis mirabimur quam nobis gratulabimur eum ad nos pervenisse integrum pluribusque ut mox videbimus exemplis. per litterarum autem tenebras Solinus nunquam legi desiit, utpote qui suis fabellis senescentia tempora oblectaret, eloquentiae, ut ipse ait, bratteis saeculi infantiam relevaret, propter ingenium denique nemini unquam molestus esset. quantopere autem ab eius aetatis hominibus expetitus et lectitatus sit, maxime per Gallias et Germanias, donec in oblivionem abiret bonis litteris resuscitatis, codicum qui superest copia paene immensa satis ostendit: ostendet etiam melius opinor si cui unquam placuerit in fabellis carminibusque Romanicis et Theotiscis vestigia rimari Solini. sed haec iis relinquimus quorum sunt: nos ad nostra redimus.

Libri Solini profecti ab eodem archetypo omnes iam passim corrupto.

Secundum ea quae traduntur in praefatione libri altera (vide huius ed. p. 233) cum Salmasius tum si qui praeter eum in crisin Solinianam inquisiverunt hoc persuasum habuerunt edita esse auctore vivo duo exempla, alterum ei subreptum imperfectum etiamtum, alterum vero ab eo recognitum et perpolitum, duplicisque huius editionis variam lectionem in librorum qui hodie extant modo discrepantiis modo dittographiis adhuc superesse. quae libelli originatio satis mira et omnino sine exemplo redarguitur vel argumento omnium simpli-

cissimo et certissimo quod complures mendae nequaquam ab auctore profectae in libris qui extant ad unum omnibus insederunt, quarum quasdam subieci.

p. 40, 19 *vicies quadragies novies centena*] scr. $\overline{|XX|}\;\overline{XLIX}$ sive *vicies quadraginta novem milia*.
p. 220, 4 *L*] scr. *DL*.
p. 226, 2 *XXXX*] scr. *XXX*.

Qui numeri corrupti cum inveniantur in libris Solinianis hodie notis omnibus, genuini autem legantur cum apud Plinium quem his locis Solinus exscripsit tum apud Capellam qui his locis exscripsit Solinum, demonstrant omnino illos non ex duobus ipsius auctoris archetypis proficisci, sed ex eodem exemplo aliquantum posteriore et subinde depravato. adde praeter ea, quae infra ponentur inter propria libri Parisini p. LVI, similia haec:

p. 46, 17 *desint si*] scr. *si desint*.
p. 63, 6 *ille herculis pugnae hic plane clara*] scr. *ille Herculis pugna, hic Pane clara*.
p. 76, 21 *hemus*] scr. *Aenus*.
p. 84, 10 *uergant* LGHSP[1] (quod defendit Oudendorpius ad Appul. met. 9, 179), *inuertant* AP[2]] scr. *mergant*.
p. 92, 7 *aestatis*] scr. *statis*.
p. 113, 8 *dum non tenent* vel *detinet*] scr. *Dumnoni tenent*.
p. 124, 12 *hammonis*] scr. *Hannonis*; similiter 230, 2.
p. 156, 15 *ignari*] scr. *gnari*.
p. 159, 6 *omnia*] scr. *omina*.
p. 168, 1 *pranctheam* vel *practheam*] scr. *Panchaiam*.
p. 196, 9 *pl.* vel *p.*] scr. *P. Licinii*.
p. 219, 5 *thracia*] scr. *Rachia*.
p. 228, 17 *adfirmant*] scr. *adfirmat*.

Qui errores aut omnes aut certe plerique omnino non sunt auctoris licet inscitissimi, sed librariorum. accedunt his glossemata quaedam licet non multa originis antiquissimae:

p. 20, 21 *M'.* (vel *M.*) *Curius* adscriptum habuit in

archetypo communi *maximus curio*, cuius vestigia diversae codicum familiae diversa servant.

p. 44, 15 *cicadae apud Reginos mutae nec usquam alibi* [*quam apud Reginos* (vel *Regio*) *cicadae mutae*] libri omnes.

p. 125, 15 *natu maximus ducit agmen, aetate proximus cogit* [*sequentes*] libri omnes.

p. 132, 13 *aliquantisper* [*ignobilis*] *humilis et languido statu* libri, nisi quod interpolati dederunt *humili*.

p. 176, 1 *in ipso* [*Eufrate*] *alveo* libri, nisi quod interpolati quidam emendarunt *Eufratis*.

Index operis et codicum inscriptiones et subscriptiones.

Antequam autem accedamus ad quaestionem disceptandam de codicum generibus variam eam et implicatam, quae de libri indice, de rubricis, de capitum numeratione tradenda sunt ita praemittemus, ut quae de codicum ratione mox demonstrabuntur ad haec expedienda interim anticipemus. — Ex primi ordinis libris eorum qui hodie superest praestantissimus Heidelbergensis habet inscriptum: *Iulius Solinus Aduento sal.*, subscriptum: *Iulius Solinus explicit feliciter. studio et diligentia domni Theodosii inuictissimi principis* conveniuntque fere alii huius ordinis libri paulo meliores, ut Parisini 6813. 6833, nisi quod in hoc titulus additur ipsius libri tam post praefationem quam ante subscriptionem *de memorabilibus*. neque ullum codicem novi cum hac subscriptione Theodosiana, qui non sit aut primae familiae aut cum hac familia contaminatus. in alia tamen discedit Bernensis inscribens: *C. Iulius Solinus Constantio suo sal.*, subscribens: *Iulius Solinus explicit feliciter*, omisso nomine Theodosii, nomine autem eius, cui liber inscriptus est, nescio qua temeraria interpolatione mutato. operis titulum cum huius ordinis codices bonae notae reticeant, in eorum locum succedit qui scripsit a. 825 Dicuil huius classis libro usus nostris et antiquiore et meliore, qui sic citat perpetuo: *Iulius Solinus in collectaneis*. denique

Aldhelmus, Dicuilo antiquior annis fere CL, Solini libro usus classis primae potius quam secundae*), ubi plenissime (p. 323) sic citat: *Iulius Solinus in collectanea rerum memorabilium.* — Secundae classis ex libris quos totos collatos habui, cum Guelferbytanus initio truncatus sit, a Basileensi autem rubro scribenda omnia absint, unus qui habet inscriptionem Leidensis tantummodo praescribit: *Solinus Aduento salutem*; pro subscriptione, quae cum extrema libri parte ex Leidensi excidit, non adest nisi *explicit* in Guelferbytano, *explicit liber* in auctario Leidensis (*l*). extant tamen alii huius generis codices saeculi item decimi cum inscriptione pleniore. ita in Parisino 6831 legitur initio: *Iulii Solini collectio rerum memorabilium*, fine: *explicit liber Solini.* item in libris quattuor inter se simillimis saeculi x omnibus Parisinis duobus 7230. 7230A Leidensi Voss. Q. 29 Monacensi 6384 sic subscribitur: *expl(icit) f(e)l(iciter) G. Iuli Solini grammatici:* nam quod in Monacensi adiectum est in fine subscriptionis vocabulum quod est *polyystor*, id sciscitanti mihi respondit Halmius a manu esse recentiore. — Denique classi tertiae interpolatae adiecta praefatio sic scribit (p. 233,21): *erit igitur operi isti titulus 'Polyhistor': nam quem in exordio designaveram, scilicet 'Collectanea rerum memorabilium' cum his quae improbavimus placuit oblitterari.* unde prae-

*) Pauca quae ex Solino affert Aldhelmus etsi hoc ostendunt eum librum habuisse non tertiae classis, tamen utrum is ox prima an ex secunda fuerit uon definiunt: definit tamen ni fallor quae refert (p. 328 od. Giles) de volumine manu imperatoris Theodosii scripto et subscripto. nam etsi hoc volumen Prisciani esse scribit, non Solini, scilicet emendatorem Prisciani Theodorum confundens cum Solini scriptore Theodosio, quem errorem expenderunt Otto Jahn in actis soc. Saxon. 1851 p. 342. 358 et Martinus Hertz in praef. Prisciani vol. 1 p. VIII, tamen in eum non incidisset, nisi novisset tam subscriptionem Theodori Priscianeam quam Theodosii Solinianam. haec autem cum non offendatur nisi in libris Solini classis primae, sequitur ut eius generis fuerit ab Aldhelmo usurpatus.

scribitur in libris huius ordinis Parisino 6810 Sangallensi Angelomontano: *C. Iuli Solini sive grammatici Polyhistor ab ipso editus et recognitus,* subscribitur in duobus his: *feliciter liber perscriptus C. Iulii Solini sive grammatici polyhistor ab ipso editus et recognitus.* praeterea quae adiciunt ad inscriptionem iidem duo libri: *de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae in mundo habentur,* quae redeunt in deterioribus quam plurimis, cum absint a Parisino, postea addita videntur. Parisini autem subscriptio haec est perpetuo scripta eadem manu eodemque tempore: *explicit fl. C. Iuli Solini siue grammatici.* ‖ *Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligentia on.* (scr. *D. N., domini nostri*) *Theodosii inuictissimi principis.* ‖ *feliciter liber perscriptus C. Iulii Solini siue grammatici polyistor ab ipso editus et recognitus,* quae subscriptio aperte tergemina est composita ex tribus trium classium subscriptionibus, ut incipiat secundae, sequatur primae, claudat tertiae classis, tanquam is cuius haec est recensio hoc velut testimonium esse voluerit negotii perfecti librorum diversae originis inter se conferendorum. — Ex auctoribus autem aetatis Romanae libellum hunc tres tantum nomine citant, quorum Servius (ad georg. 2, 215) et Isidorus (de rer. nat. 40, 1) solum Solini nomen ponunt, tertius Priscianus in institutionibus grammaticis auctorem quidem item solo cognomine appellat, sed praeterea septem locis ex octo quibus eum citat libri indicem adscribit sic: *in collectaneis vel polyhistore* semel (1, 28); *in collectaneis* item semel (10, 50); *in memorabilibus* quater (2, 61. 5, 15. 6, 15. 18, 213); semel denique *in admirabilibus* (6, 44). — Testimoniis his inter se collatis efficitur veram libri inscriptionem esse *collectanea rerum memorabilium*; eo enim ducunt diversa licet via tria trium familiarum testimonia indidemque recte explicatur, cur a Prisciano liber citetur bis *collectaneorum*, quater *memorabilium* titulo, nam in *admirabilibus* omnino error est sive librarii sive ipsius Prisciani. *Polyhistoris* autem titulum secundarium ex-

pendemus ubi de origine et aetate interpolationis disceptabitur.

Rubricae utrum sint ipsius auctoris an alterius, non definio. illi opinioni codices magis favent, qui quamquam in rubricis admodum variant et ita fere, ut si quid in textu mutatur vel transponitur, quod ad rubricam quoque perveniat, ea mutatio vel transpositio statim etiam ad rubricam transferatur, tamen patet rubricas tali in universum forma, qualem exhibent libri nostri, iam in communi eorum archetypo extitisse. contra ut profectas esse ab ipso auctore negemus, facit primum inepta et subabsurda operis divisio vel hoc pessimo auctore indigna, deinde barbarismi minime Soliniani, ut c. 13 *flumen Histrum* casu primo, denique quod rubrica c. 1 verba exhibet *de allectorio lapide* aperte oriunda ex vitio antiquissimo p. 22, 23 *alectorius* pro *alectoria usus*, ut rubricae factae videantur ad librum iam subinde depravatum, non ad auctoris archetypum. quamquam opponi potest non tam, quod loco citato Parisinus liber cum in ipsa oratione tum in rubrica verum habet (nam qui eum scripsit cum coniectura ductus errorem deprehendisse videatur, debuit sane eum tollere utroque loco), quam quod propter continuam rubricarum ex ipso libro emendationem fieri potuit, ut depravatio illa orta primum in ipsa oratione inde in rubricam quoque postea inferretur. utut est, rubricas exhibere maluimus in appendice p. 239—246 coniunctas quam ut leguntur in libris suo quaeque capiti praescriptae: non quasi constaret de earum origine posteriore, sed quod ex ipsa oratione, quam perverse interdum interrumpunt et conturbant, eximuntur nullo libri damno, aliqua autem eorum qui in talia inquirent utilitate: certe de coniunctis longe facilius et certius iudicium erit. restituimus autem quantum fieri potuit rubricas archetypi additionibus posterioribus collocatis aut in parenthesi aut in subnotatione. — Ipsi operi indicem capitum non praeponunt nisi libri tertii ordinis, ex nostris Parisinus (a quo tamen et ipso index Rubricae.

hic una cum praefatione altera initio afuit nec nisi postea adiectus est eadem tamen manu) et Augelomontanus. a quibus abstinuimus, cum consentiant plane cum eorundem codicum rubricis sparsis. — Denique extat index plane diversus factus ad librum aliquem classis tertiae cum in codd. Parisino 7230 et Leidensi publ. 113 tum, sed postea adiectus manu recentiore, ante Leidensem optimum. praescriptum est in duobus illis (nam in tertio deficit principium): *indiculus capitulorum* (nam hoc significat *cct.* Parisini libri, *cap'* Leid. 113) *Iuli Solini rerum collectarium infra scriptarum sic,* subscriptum in iisdem: *explc. indiculum c.* (*c.* om. Leid. 113) *Iuli Solini collectarium rerum memorabilium feliciter,* in Leidensi meliore: *explicit indiculus capit. Iuli Solini collectaneum rerum memorabilium.* quem etsi cur ederemus causa nulla fuit, tamen visum est speciminis loco caput iude extremum infra adscribere*).

Capitum numeratio.

Ut in rubricis ita discedunt tres familiae in capitum numeratione. nam secuuda familia capita non numerat, prima tam in Heidelbergensi quam in Bernensi capita numerat LXIII, scilicet ut ex his capitum initiis sex et quinquaginta, quibus hodie utimur, non agnoscantur duo (c. 36. 41), accedant autem capita alia novem (c. 11, 3. 15. 19. 24. 26. 30; 19, 2. 9; 54, 12). tertiae denique Angelomoutanus Sangallensis Parisinus pariter (omissis scilicet horum duorum librorum erroribus minoribus neque ad summam rem pertinentibus) capita exhibent LVII bipartito eo quod nobis undecimum est, ut in duobus primis c. XII iucipiat ab 11, 14, in Parisino autem ad 11, 3. 15 adnotetur c. XII. XIII, deinde vero ad 12, 1

*) SINVS PERSICVS ET ARABICVS

I Gens Carmanie II De his quarum odio habent III Parthia IIII Babilonia V Omnia ora oceani VI De Trogloditis et Ictuofagis VII Nomina insularum in oceano Atlantico constitutarum VIII Gorgadas VIIII Hesperidum insulae X Fortunate XI Embrion insula XII Iunonia insula XIII Nivaria XIIII Ganaria.

caput numeretur non XIV, sed XIII. unde similis divisio venit in editiones nostras, quarum antiquissimae descendunt ex eius generis codicibus. habet autem haec res per se minima tamen eam utilitatem, ut trium familiarum diversitatem vel inde deprehendas.

Porro adnotandum est in secundi ordinis libris primariis duobus Leidensi vetusto et Guelferbytano offendi numerationis cuiusdam ad marginem factae reliquias has: Stichometriae vel similis numerationis indicia.

(praecedunt versus libri Leid. 2295)
CCXXX in margine ad *etiam mitiorque* p. 138, 9 L
(medii sunt versus 87)
CCXL in margine ad *habentur* p. 143, 13 L
(medii sunt versus 11)
CCXLVIIII in margine ad rubr. *garamantum oppidum* c. 29, 1 L
(medii sunt versus 53)
CCLX in margine ad *edunt* p. 146, 23 L
(medii sunt versus 50)
CCLXX in margine ad *uisa sunt* p. 150, 4 G
(medii sunt versus 502)
ϙX in textu ad *apud indos* p. 182, 12 L
(medii sunt versus 258)
CCCXXX in margine ad *terminus* rubr. c. 49 LG

Numeros hos ita comparatos esse ut ad eandem unitatem redigi nequeant, quivis intelleget periculo facto. nec multo melius res procedit, ubi cola et commata ambitus inaequalis ita numerari conicias. in medio igitur relinquimus, quid significent hi numeri et num quid pertineant ad antiquorum librariorum stichometriam. visa tamen est res digna quae non silentio praetermitteretur, sed indicaretur, ut similibus numerationibus in lucem protractis aliquando illustretur.

Denique ut colligamus omnia, quae Solino adhaereut et coniuncta sunt cum quaestione de codicum eius origine et diversitate, repperiuntur versus hexametri viginti duo subiuncti in codicibus quibusdam Solini col- Halieuticon principium ad Solinum adscriptum.

lectaueis. cuius generis codices a me amicisve excussi sunt quattuor, familiae secundae unus Parisinus 6831 (A) saec. X, tertiae tres: Parisinus 6810 (B) noster saec. item X, Parisinus 4873 (C) saec. XII, in quo tamen non supersunt nisi huius carminis v. 1—5 reliquis cultro resectis, Vaticanus Regius 1478 (D) saec. XV, quem descriptum esse deprehendi ex Parisino 6810. his accedit quintus Autunensis seminarii saec. XI (*cat. des bibl. des dép.* 1 p. 22) tam similis Parisini 6810 et Vat. Regii 1478, ut sine dubio item descriptus sit ex antiquo illo Parisino. ex quattuor illis primus praescribit ***uersus peracti operis,*** alter inscriptione caret, in tertio legitur: ***item C. Iulii Solini poliistor ponticon,*** in quarto: ***item Gai Iulii Solini siue garamanti ponticon.*** ex editoribus, de quibus videndus Wernsdorfius (poet. Lat. min. 1, 153), Pithoeus omnino usus est libro hodie Vaticano. Salmasius enm carmen afferat sicut repperit 'in exemplari regio vetustissimo ad finem Solini', intellegit sine dubio optimum regium suum sive Parisinum 6810, sed quod ait ibi praescribi ***incipit eiusdem ponticon*** erratum est viderturque memoria lapsus confudisse Parisinos 4873 et 6810. ceterum cum in solo Parisino 6831 versus hi paginam finiant desecto folio quod proxime sequebatur, facile conicias ex hoc pendere codices reliquos: quae tamen coniectura eo refutatur, quod carmen in codice 6810 proponitur longe emendatius neque iis emendationibus petitis ex coniectura. iam cum duo vetusti libri carmen hoc ad Solinum quidem adiungant, sed nequaquam ei tribuant, confirmatur omnino, quod dudum intellexit Wernsdorfius, casu tantum id ad Collectanea adhaesisse neque ullam fidem habendam esse confictae inscriptioni librorum recentiorum. placuit tamen ex halieuticis nescio cuius poetae carmine splendido sane et omnino supra ingenium minime ingeniosi hominis Solini reliquum hoc principium subiungere cum quattuor illorum librorum varia lectione.

Tethya marmoreo fecundam pandere ponto
et salis aequoreas spirantis molle catervas
quaeque sub aestifluis Thetis umida continet antris
coeptantem, Venus alma, fove. quae semine caeli
parturiente salo divini germinis aestu,
spumea purpureis dum sanguinat unda profundis,
nasceris e pelago placido dea prosata mundo.
nam cum prima foret rebus natura *creandis
in foedus conexa suum, ne staret inerti
machina mole vacans, tibi primum candidus aether
astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.
te fecunda sinu Tellus amplexa resedit
ponderibus librata suis, elementaque iussa
aethereas servare vices. tu fetibus auges
cuncta suis: totus pariter tibi parturit orbis.
quare, diva, precor, quoniam tua munera parvo
ausus calle sequor, vitreo de gurgite vultus
dextra prome pios et numine laeta sereno
Pierias age pande vias. da Nerea molli
pacatum gaudere freto votisque litata
fac saltem primas pelagi libemus harenas.
vos quoque, qui resono colitis cava Tempea coetu
. . . .

Iam pergentes ad codicum propagines et affinitates aestimandas incipiemus ab eo ordine, quem dico primum mutilorum, cum eius tanquam nota primaria sit hiatus, quo

Codicum ordo primus mutilorum.

Vv. sic: 1. 2. 13. 3. 14. 4. 15. 5. 16. 6. 17. 7. 18. 8. 19. 9. 20. 10. 21. 11. 22. 12 *ordinat A* 1 tethia *C*, tithya *B*, tithia *A*, ticea *D* ‖ fecundam] *BD*, fecit clam *A*, fecit dea *C* ‖ poudere *A* 2 equoreus *A*; aequorei *Pithoeus* ‖ spiratis *B* ‖ mole *libri* 3 thetis *om C.* 4 coeptautem ueuus] *BD*, ceptaute meuus *A*, ceptante meniis *C* ‖ quae *om. AC* ‖ somine *A* 5 *in* aestu *deficit C* 8 creandis] *coniecit, non legit Salmasius*, profundis *libri* 9 iu foedus] iusidiis *A* 10 cauans *A* ‖ candidus] *BD*, candidit *A* ‖ aer *D* 13 librata] *A*, fundata *BD*; *idem hemistichium ex Ovidio metam.* 1, 12 *attulit Burmann.* ‖ iussa] uisa *A* 14 aetherias *BD* ‖ augens *libri* 17 calles equo ruit hinc de *A* 18 dextera *libri* ‖ lumine *D* 19 da] cla *A* ‖ nerea *D* 22 coetu] cytu *AB*, cyta *D*

locus a p. 229, 8 *tionibus quorum* ad p. 230, 7 *stagnis mades* xxv huius editionis versuum interceptus est, paenultimo scilicet codicis archetypi folio deperdito. huius ordinis libri hodie noti licet a reliquis ordinibus aetate vincantur (nullus enim illorum saeculum undecimum superat), tamen descendunt ex libro saeculi minimum octavi. *Dicuil* enim monachus ex Hibernia oriundus ad opusculum *de mensura orbis terrae* scriptum a. 825 Solini librum huius ordinis adhibuerit necesse est: nam et locum illum citat similiter hiantem et aliis plurimis locis significat a suo Solini exemplo ea afuisse quae absunt a codicibus ordinis primi. ita afferens locum p. 113, 3—6 praetermittit quae de navibus vimineis interponunt codices reliqui a nobis relata p. 234, 21—24. item si novisset ea quae nos edidimus p. 234, 26 — p. 235, 26, non negasset c. 7, 3 'in libris auctorum' memorari oceani septentrionalis insulas, de quibus propterea affert relationem 'alicuius presbyteri*) religiosi'. denique lectiones Dicuilinae ita consentiunt cum codicibus ordinis primi, ut saepe iis communes sint gravissimae quaeque corruptelae (e. c. p. 123, 9 *uiolare* pro *uiliore*; p. 136, 8 *oculorum* glossema vocabulo *orbium* in Bernensi huius generis libro superscriptum, a Dicuilo in orationem receptum; p. 175, 15 *uias* pro *uluas*), aliis vero locis Dicuili Soliniana immunia esse reperiantur ab erroribus huic ordini propriis (ut p. 155, 3 *hoc* — 4 *tradidisse* om. libri cl. I, habet Dicuil; item p. 155, 16 *tigrin* vel *tigrim* libri illi, *nigrum* Dicuil recte), sicut par est codices nostros saeculi XI vinci locis non paucis a Dicuilino libro saeculi ad minimum octavi. — Repraesentant autem ordinem hunc in hac editione praeter Dicuilum codices Heidelbergensis, nobis *h*, et hoc inferior Bernensis, nobis *Bern.*, plerumque consentientes, quem consensum notavimus *H:* ad quos accedit ex con-

*) Nam sic habent libri tam Parisinus quam Dresdensis editioque Walckenaeriana: male Letronnius ex *presbytero* fecit *probum*.

taminatis Sangallensis liber, nobis S, deductus ex codicibus duobus primae familiae altero, altero tertiae. cumque de ratione quae inter tria haec exempla intercedit dictum sit in subsidiorum elencho, iam tractanda est hoc loco quaestio longe difficilior de universi codicum generis in crisi Soliniana vi et proprietate. est autem id nisi optimum omnium, certe simplicissimum. habet quidem et ipsum sibi propriam interpolationem, sed ita comparatam, ut facillime deprehendatur. cuius generis emblemata maiora coniuncta exhibuimus p. 238, unde apparet pleraque adscita esse ex Isidori originibus. his iungendae lectiones hae: **Codicum ordinis primi interpolationes.**

	lectio vera:	lectio falsa:
p. 50, 10	*ichnusam*	*ichnus*
p. 86, 14	*LXXX*	*LXX*
p. 96, 12	*Moschorum*	*oschorum*
p. 128, 12	*Amsiga*	*Siga*

in quibus libri hi Soliniani a ceteris ita discedunt, ut consentiant cum Isidoro, videnturque itaque ex Isidoro his quoque locis interpolati. adnotabo praeterea interpolationes hasce minores, sed quae pertineant ad codicum horum naturam aperiendam:

	lectio vera:	lectio falsa:
p. 25, 27	*vi amnica*	*biennio*
p. 64, 8	*Isthmon*	*stenon*
p. 71, 13	*Athamaniam*	*emathiam* propter 69, 20
p. 90, 14.	15 in enumerandis ostiis Nili adscribitur ad *ac deinde*.	*quintum* est pro *nam*, *sextum* illud habet etiam Dicuil
p. 124, 2	*Anatim*	*tanaim*
p. 128, 6	*nec ab Icosio taciti redeamus*	*est et oppidum icosium*
p. 146, 1	*Garamantici Aethiopes matrimonia privatim nesciunt*	*garamanticis omnibus uenus est uulgalis*
p. 180, 11	*tumet vere*	*autumno et uere ... tumescit*
p. 187, 20	*Cremutius auctor est*	*notum est*
p. 200, 4	*Apollini Didymaeo*	*apollini delio*
p. 206, 2	*torrentur calore*	*torrentes habent calores*
p. 208, 17	*homine decesserit*	*decesserit.*

Archetypi huius familiae librarium apparet fuisse et neglegentem hominem et male doctum, qui interdum quae non intellegeret temere aut deleret aut iis substitueret

nisi veriora certe faciliora. quaestio autem sane anceps, num idem commata quaedam culpa sua omiserit an quae ab huius classis libris absunt, Solino abiudicanda sint omnia, rectius infra disceptabitur. omnino denique tenendum est primae familiae per se antiquissimae exempla hodie nota esse nulla saeculo XI vetustiora, nec dubium errorum illorum et interpolationum non exiguam partem sublatum iri reperto huius familiae libro aliquo, quod in suo genere aequet principem secundae familiae Leidensem vetustum. ita interpolationes illae Isidorianae fieri potest, ut post nonum demum saeculum hanc familiam invaserint: nam has an habuerit liber Dicuilinus, non constat.

Codices ordinis secundi. Secundi codicum ordinis primarius testis est Leidensis saeculi noni nobis *L*, secundarii Guelferbytanus *G* saec. X et Basiliensis *B* saec. XIV, item ex contaminatis Parisinus *P* saec. X perpetuo tamquam duplicem recensionem exhibens familiae secundae alteram, alteram tertiae. de singulis libris cum dictum sit in subsidiorum laterculo, hic videamus de genere. quod proxime coniunctum esse cum eo de quo modo diximus ostendunt loci permulti in codicibus et primi et secundi ordinis similiter corrupti, vera lectione servata in solis libris classis tertiae.

lectio vera cl. III:	lectio falsa cl. I. II:
p. 9, 16. 11, 18. 103, 21. 130, 3 praenomina adsunt	praenomina omissa sunt
p. 11, 10 *Eleus*	*filius eius*
p. 21, 9 *Zoroastrem*	*zoroastren socratem*
p. 29, 11 *xc et duo*	*xxx et duo*
p. 36, 11 *a Lyctiis*	*sallictiis* cl. II, *a sallictiis* cl. I
15 *Terinam*	*cerinam*
p. 37, 18 *a nutrice*	*a nutrice caieta*
p. 38, 24 *Herofilen*	*herifilen*
p. 41, 5 *visendo*	*uisenno*
p. 65, 16 *apud Thebas*	*apud thebas isdem thebis*
p. 78, 12 *a Flaviopoli*	*a fluuio poli*
p. 81, 1 *Crates*	*cretes*
12 *Ida est*	*id est*

	lectio vera cl. III:	lectio falsa cl. I. II:
p. 82, 2	*adymnum colunt*	*adymnum colunt adymnum*
14	*phalangio*	*sphalangio*
p. 104, 12	*dulce*	*duce*
p. 108, 3	*Vistla*	*uiscla*
p. 113, 4	*nonnisi*	*nisi*
p. 114, 5	*attanatis;* scr. *at Tanatus*	*attanus*
p. 116, 11	*in minium*	*in minium imminuunt*
18	*frons*	*fons*
p. 117, 15	*Fortunatae*	*fortunae*
p. 120, 19	*regi mente*	*regente*
p. 127, 22	*septuagesimo secundo*	*secundo*
p. 136, 15	*ut in editis maribus . . . generandi spem morsu detruncent*	*ut expositos mares . . . truncatos mordicus priuent testibus*
p. 145, 20	*Nigri*	*tigri*
p. 146, 18	*quidnam inperitet*	*quiddam imperite*
p. 150, 12	*Nigrim*	*tigrim*
p. 167, 9	*codex*	*cortex*
p. 177, 13	*subnexus . . . . . abortivae* (cf. p. LXI)	omissa
p. 192, 10	*Neocaesaream*	*in eo cesaream*
p. 195, 13	*furvo*	*fuluo*
p. 196, 2	*Arbelitis*	*abelitis*
p. 199, 7	*Panda*	*pada*
p. 201, 20	*feris* quod requiritur legit interpolator substituens *bestiis*	*feri*
p. 205, 7	*IIII*	*LIIII*, quod legit etiam Dicuil
p. 217, 1	*antihones* (scr. *Antichthones*)	*easchites*, quod legit etiam Dicuil
p. 226, 4	*Babitae*	*carbile siue barbitae*, quod legit iam Capella

At cum de communi aliquo primi et secundi generis auctore loci hi dubitare non sinant, tamen loci alii permulti certissima ratione probant archetypum classis secundae librum immunem etiamtum fuisse a vitiorum, quae primam occuparunt, longe plurimis et gravissimis. habuit folium paenultimum, quod ex archetypo classis primae vidimus excidisse (p. XLI); interpolationum porro neque Isidorianarum neque earum quas praeterea p. XLIII composuimus in huius classis libris vestigium reperitur

ullum. denique permultis locis secunda familia sola verum servavit contra duas reliquas consentientes in falso:

	lectio vera cl. II:	lectio falsa cl. I. III:
p. 8, 1	*Potitios*	*poetitios*
p. 9, 23	*Caeninensibus*	*caninensibus*
p. 20, 5	*aegre parti*	*aegre pati*
p. 23, 2	*Tarquinii Prisci*	*turquini superbi prisci*
p. 30, 23	*semper absolutus*	om.
p. 32, 3	*ex Cypria legatione*	*ex curia legatione*
21	*navis a frigia*	*nam uisa frigia*
p. 36, 13	*a Dorensibus*	*a boriensibus*
p. 42, 6	*Aeetae*	om.
p. 49, 6	*enaream*	*lenariam*
p. 51, 4	*Iolaum*	*iolaum creat* cl. I, *iolaum cretensem* cl. III
p. 56, 15	*inpudice*	*pudice*
p. 61, 8	*scrupulus*	*scopulus*
15	*cioessa* (scr. *Scioessa*)	*cloessa*
18	*est et Taenaron*	om.
p. 68, 3	*rege*	*reges*
p. 71, 11	*oppugnandum impetitum*	*oppugnatum*
p. 80, 14	*non stipata*	*constipata*
p. 83, 19	*Asteria*	*austeria*
p. 93, 4	*ora agentes*	*ora gentes*
p. 104, 18	*ad Bactros*	*a bactris*
p. 110, 5	*nec difficulter*	*nec indifficulter*
p. 140, 16	*cccc*	*ccc*
p. 141, 2	*a loco*	*alio loco*
5	*aestatis tempore*	*statuto tempore*
p. 172, 10	*artifici*	*artificio*
p. 177, 17	*echites*	*echidnes*
p. 179, 16	*Amani*	*amaniti*
p. 186, 11	*amburit*	*adurit*
p. 190, 4	*fontibus*	*pontibus*
p. 198, 6	*Lapiri*	*capiri* sive *cipiri*
p. 210, 10	*tubarumque concinentum*	om.
p. 216, 6	*porraceo*	*purpuraceo*
p. 223, 4	*eus ea*	*ausea*

Nihilominus genus hoc codicum licet praeclarum admisit et ipsum interpolationem eamque et antiquissimam et omnino memorabilem. non tam intellego locos non

ita multos, ubi horum librorum princeps falsis coniecturis supplementisque indulsit:

	lectio vera cl. I. III:	lectio falsa cl. II:
p. 6, 15	*proprium Romae nomen, verum tamen vetitum publicari*	*proprium romae nomen et verum magis, quod numquam in uulgum uenit, sed*
p. 10, 3	*anno quinto quam ingressus fuerat.* Cf. Madvig *lat. Sprachl.* § 276 not. 6	*anno quinto postquam ingressus fuerat*
p. 24, 9	*proconsuli Surae*	*proconsuli syriae*
p. 27, 19	*cerni*	*secerni*
p. 43, 17	*abicit*	*amittit*
p. 74, 16	*et parere*	om.
p. 102, 9	*de fetu universo*	*defectu uniuersae uiae*
p. 195, 13	*caricis*	*cicatricis*
15	*fellitanda*	*uellicanda*

quam commata quaedam quae absunt a primae classis libris. inter haec primum merito locum obtinent additamenta duo ad caput de Britannia *navigant autem* — *abstinent* et *a Calidoniae* — *nulli* p. 234, 21 — 235, 26. quae cum inveniantur in codicibus classis secundae tertiaeque, desint autem in libris ordinis primi, poterit iure dubitari, utrum haec Solini sint in classis primae archetypo casu consiliove omissa an interpolatoris. illam opinionem qui tenebit, eo tuebitur, quod prioris loci auctor potest citari Plinius 4, 104: *Britannos vitilibus navigiis corio circumsutis navigare* quodque alterius ambitus aequiparat fere eum, quem in classe prima desiderari vidimus propter folium paenultimum ex archetypo excisum (p. XLI), ut ex simili causa hunc quoque defectum repetas: sermonem denique arguet esse plane Solinianum. haec autem quamquam gravia sunt, tamen obstant argumenta contraria ponderis longe maioris. — Primum loci illi cum desint in classe prima, in secunda ita adsunt, ut vel inde pateat eos e margine in textum venisse. nam prior locus ibi ubi debuit, id est p. 113, 5 inter *navigabile* et *idque* cum inseri non posset, nisi ut pro vocabulo quod est *idque* aliud substitueretur, cum-

Codicum ordinis secundi interpolationes.

que eam ob causam qui illum locum adiecit simul pro vocabulo *idque* scribi iussisset *freti latitudinem*, in secundae classis libris et substituta haec *freti latitudinem* et id quod tolli debuit *idque* iuxta exhibentur, ut clare appareat archetypum primarium consensisse cum familia prima, ea autem quae leguntur inter *navigabile* et *idque* ibi fuisse in margine. similiter alterum comma ita scriptum, ut insereretur ibi ubi iusertum est in classe tertia inter *dies nullus* (sic enim interpolator legit) et *ultra Thylen* p. 114, 4, in classe secunda extat quidem, sed neque certo loco neque suo. nam in plerisque huius classis libris locum nactum est ante *circuitus* p. 114, 6, in uno vero eoque perbono Parisiuo 7230 ante *transitum* p. 114, 13 et cum neutri aptum sit, ita ineulcatur, ut sententiarum ordinem plane pessumdet. nam verbis *a Calidoniae — nulli*, quae est vera iuterpolatio a nobis edita p. 234. 235, praescribitur in libris secundae classis omnibus *nullus ut ortus iunctus sit et occasus*, ex quibus *ut — occasus* minor glossa est adiecta ab interpolatore Solinianis quae praecedunt, *nullus* autem vocabulum ideo tantum ab eo repetitum est, ut post hoc vocabulum p. 114, 4 additamentum inserendum esse librario indicaret. — Deinde libros ordinis primi quamquam neglegentia librarii multis locis pessumdedit, tamen data opera commata quaedam inde resecta esse vix credibile: casu autem haec omissa esse nequeunt, cum si vere sunt Solini, eum qui ea omisit necessario dicendum sit ea propter sequentia mutavisse. — Tertium argumentum offert locus de Hibernia p. 234, 12—20 *puerpera ... nitella* illis de quibus agimus per omnia ita similis, ut eum eiusdem auctoris esse vix negari queat: quod enuntiatum cum subministrent soli codices classis tertiae sescentis locis interpolati, hoc quidem loco plenum Solinum nobis exhibere eos solos quis credet? imo probabilius longe sic statuemus interpolationis in margine coeptae potiora quaedam vel in classem secundam se insinuasse ante, quam tota textum invaderet eam-

que quae nobis tertia est familiam efficeret. — Porro eiectis iis quae nos eiecimus p. 114, 4 non solum quae leguntur et ante et post ea ita coeunt, ut utraque respondeant Plinianis 4, 104, quae hic exscripsit Solinus, cum eiectorum illorum apud Plinium vestigium nullum sit, sed etiam narratio universa iam longe melius sic cohaeret. nam retentis illis quae delevimus Solinus agit primum de insula Tyle, deinde de insulis inter Caledoniam et Tylen Ebudibus Orcadibusque, mox iterum de Tyle marique ultra eam: deletis autem et duplex de Tyle narratio tollitur et ordo perversus a Tyle redeundi ad Ebudes et Orcades. — Denique ut mittamus quae sustulimus a nemine eorum qui Solinum exscripserunt adhibita esse, conficit rem locus Isidorianus 14, 6, 2—4, ubi non solum vestigium nullum extat illius de Ebudibus et Orcadibus relationis (nam quae de his habet Isidorus, sumpsit ex Orosio Ethicove), sed etiam Solinianorum de Tyle legitur compendium hoc: *Tyle ultima oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam ultra Britanniam, a sole nomen habens, quia in ea aestivum solstitium sol facit et nullus ultra eam est dies. unde et pigrum et concretum est eius mare.* quae ita petita sunt ex Solinianis iis de quibus agimus, ut verba *ultra Tylen* male coniunxerit Isidorus cum praecedentibus *nullus dies,* non cum sequentibus *accipimus pigrum et concretum mare.* at ipsa illa verba *nullus dies* et *ultra Tylen* cum in recensione aucta separentur multis interiectis, apparet Isidorum non hanc habuisse, sed breviorem, id est hanc esse Solini. — Quamobrem cum iam constet familiam hanc secundam duobus certe locis additamenta recepisse, ex eo genere quod classem tertiam occupavit totum, in suspicionis communionem trahuntur etiam reliqui loci, qui adsunt quidem in classibus secunda et tertia, sed absunt a prima. sunt autem hi fere:

p. 10, 8 (Numa) *sepultus sub Ianiculo.*

p. 19, 15 *ea propter capitale, si pars alterutra noceatur.*

p. 54, 19 *mirum hoc est: nec illud minus quod in illa ferventis naturae pervicacia mixtas ignibus nives praefert et licet vastis exundet incendiis, apicis canitie perpetua brumalem detinet faciem. ita invicta in utroque violentia nec calor frigore mitigatur nec frigus calore dissolvitur.*

p. 164, 14 *condita autem Alexandria est duodecima centesimaque olympiade, L. Papirio Sp. f. C. Poetelio C. f. consulibus Romanis haud longe ab ostio fluminis Nili, quod Heracleoticon alii, alii Canopicon appellant.*

Quattuor haec commata non agnita libris classis primae *) accedente in tertio etiam Dicuilo quamquam reliqui suis locis, potest omnino debetque etiam iis status quaestio moveri. nam consensu librorum secundae tertiaeque classis contra primam non satis ea defendi modo vidimus. magis movet, quod quarti enuntiati extrema pars desumpta videri potest ex Plinio 5, 64: (ostio) *proximo Alexandreae Canopico* et post alia: *Naucratis, unde ostium quidam Naucratiticum nominant quod alii Heracleoticum, Canopico cui proximum est praeferentes.* at primum id ipsum incertum est: nam quod apud Solinum habemus ostium Nili Alexandreae proximum appellari et Canopicum et Heracleoticum, verum sane et pervulgatum (Strab. 2, 1, 33 p. 85; Ptolem. 4, 5, 10; Diodorus 1, 33), hodie certe apud Plinium non legitur neque unquam apud eum ita videtur lectum esse, quamquam voluisse id ipsum dicere Plinium vix dubium est **). deinde, ut maxime haec ex Plinio

*) Habet quidem tertium Bernensis, sed ni fallor ex contaminatione.

**) Locus omnino corruptus probabiliter ad eam sententiam, quam requirit non tam Solinus quam ipsa res, emendabitur ita, ut comma *quod alii Heracleoticum* ex eo loco ubi nunc est ante *Canopico cui* transponatur post verba *proximo Alexandreae Canopico*. scilicet supplevit illud Plinius inserique iussit post prius *Canopico*, sed

descendant, eodem Plinio etiam interpolatorem usum esse supra docuimus. ut autem haec a Solino abiudicemus, argumenta suadent minime spernenda. commata integra ubi in aliis libris comparent, in aliis desunt neque hi adnumerari possunt libris ad epitomae formam accedentibus, id quod in Solinianorum classem primam nequaquam cadit, qui aliquem rei criticae usum habent non negabunt probabilius multo quam de omissione cogitari ibi de emblemate: nam veri hiatus oriuntur aut exemplo ob casum aliquem hiante aut oculis librarii a vocabulo ad vocabulum simile aberrantibus produnturque fere per laesam orationis continuitatem. deinde nihil est in locis supra relatis quod non recte tribuas auctori reliquorum emblematum: certe qui addidit locum de Alexandro Magno nato M. Fabio Ambusto T. Quintio Capitolino cos. citatoque Nepote p. 237, 1—4, facile adscribere potuit simillima his de condita Alexandrea. *consules* autem *Romani* vel infra Solinum sunt nec placet magnopere id quod est *partem noceri*, quamquam non infrequens aliis auctoribus plebeiis (v. Oudendorp ad Appuleii met. 1, 7 p. 40), tamen non Solinianum, cum p. 189, 17, ubi in vulgatis editionibus item legitur *noceri eas*, libri probi omnes dativum ponant. quare haec quoque magis pro insiticiis habuerim et paenitet fere quod remanserunt.

Quod si secundae classis archetypus liber maiora illa emblemata admisit, profecto non mirabimur quibusdam locis licet non multis etiam in minoribus erroribus classes secundam tertiamque consentire, cum veram scripturam servet prima:

	vera lectio cl. I:	falsa lectio cl. II. III.
p. 77, 1	*aroteres scythae*	*aratores scythae*
p. 81, 4	*fixit* Isidorus, *finxit* cl. I	*iunxit*
p. 94, 4	*iasone*	*iaso*

---

errore eius qui ei a manu erat insertum est ante secundum. quod si ita se habet, Solinus certe emendata sua non desumpsit ex Plinianis inde a prima editione ita ut nunc circumferuntur corruptis.

	vera lectio cl. I:	falsa lectio cl. II. III:
p. 120, 9	*suspensius*	*suspensius altius* cl. II, *suspensus altius* cl. III
p. 132, 11	*DCLXXVII*	*DCCXXXVII*
p. 154, 17	*ad meridiem* Dicuil solus	*a meridie*
p. 155, 13	*specu* Dicuil, *spetita H*	*specie*
p. 161, 5	*intra* Dicuil solus	*inter*
p. 161, 14	*ad opem salute non qualibet* more Solini, cui *non quilibet* saepe ponitur pro *eximio*	*ad opem salutarem non qualibet*
p. 167, 11	*maxima*	*maxima altitudo* cl. II, *maxima altitudine* cl. III
p. 168, 7	*papinio*	*p. aponio* cl. III, *p. apronio* cl. II
p. 172, 18	*speciem*	*specimen*
p. 179, 2	*anthracites*	*anthracias*
p. 183, 16	*toto*	*tertio*
p. 222, 20	*offendit g. caesarem*	*offendi sperauit c. caesarem* cl. II, *asperauit offendit g. caesarem* sive *asperauit c. caesarem offendit* cl. III

Ita quamquam secundi generis libros in universum duces esse maxime fidos deprehendi, tamen his quoque ne mancipemus nos, omnino cavendum est.

Codicum ordo tertius interpolatorum.

Tertium librorum ordinem, id est interpolatorum (nam licet codices Solinianos ab interpolatione immunes proprie habeamus nullos, tamen hi de quibus iam agimus libri reliquis recte opponentur a potiori ducto hoc nomine), ex iis quos adhibuimus accuratissime et plenissime repraesentat Angelomontanus saeculi decimi: ad crisin tamen eandem vel etiam maiorem utilitatem praebent duo libri eiusdem aetatis intermedii quodammodo inter ordines primum et tertium alter, alter inter primum et secundum, Sangallensis et Parisinus. habent enim optimi quique huius ordinis libri eam proprietatem, ut duplicis unusquisque recensionis non pauca vestigia servet maxime dittographiis. ex qua ipsa re intellegitur praecipuas lectiones huic ordini proprias in textum venisse ex margine neque ita orationem inva-

Codices cl. III contaminati. De eorum dittographiis.

dere potuisse, ut priorem recensionem universam exturbarent. duplicium illarum lectionum quaedam in omnibus huius ordinis libris insident: ita p. 219, 12 quod pro commate *nulli aut ante diem aut per diem somnus* interpolator reposuit: *noctis partem quieti destinant, lucis ortum vigilia antevertunt* extat in huius classis libris omnibus. ita p. 149, 19 pro Soliniano *albis maculis superspersa* cum substitutum sit *stellatam candidis maculis,* Parisinus coniungit utrumque, Sangallensis et Angelomontanus exhibent lectionem interpolatam, sed retento praeterea ex priore vocabulo *superspersa.* similiter p. 180, 4 pro *Choaspi* cum interpolator dederit notiorem sibi *Hydaspin,* Parisinus rursus habet utrumque, Sangallensis *hycodaspi,* Angelomontanus *choydaspi,* ex *coaspi* (hyd) uterque. denique in loco de pipere p. 237, 5—25 utraque recensio in tertiae classis libris exhibetur perturbata, sed perturbatione diversa. quod si in Angelomontano geminationes hae raro tantum offenduntur, fecit id diligentia et doctrina librarii, quem perpetuo deprehendimus tradita emendantem, ut persaepe ubi Sangallensis lectionem exhibet leviter corruptam, Angelomontanus substituat coniecturam ad eandem similemve corruptelam factam:

p. 64, 7 *dispescens* rel., *discens* S, *desciscens* A.

p. 90, 9 *acutius* rel., *autius* S, *cautius* A.

p. 203, 7 *etesias patitur* LGH, *etesias potitur auras* P, *et aestas potitur auras* S, *et aestatis potitur auris* A. ad *etesias* interpolator adscripsit *auras:* hinc turbae sensim progredientes.

p. 216, 18 *antequam temeritas ... fidem panderet* rel., *antequam temeritas fides panderetur* S, *antequam temeritate fides panderetur* A.

p. 233, 13 *circumferunt* P recte, *et reum ferant* S, *et referant* A.

Eiusmodi librarium consentaneum est cavisse sibi ab

absurdis contaminationibus eorum quae delenda essent cum substitutis et constantissime consilium interpolatoris executum talem fere nobis exhibere Solinum qualem interpolator exhiberi voluit. longe frequentiores dittographiae sunt in Sangallensi:

p. 117, 17 *dianio* H, *chiano* vel *chanio* AP, *diano achanio* S.

p. 148, 7 *modico tantum* AP, *modicoque* H, *modicoque tantum* S.

p. 207, 18 *nullo* H, *nilo* A, *nilo nullo* S.

In Parisino autem lectiones reperiuntur fere perpetuo geminae modo in textum receptae utraque modo in textu altera, altera eadem manu ad marginem perscriptae, ut liber instar sit duorum codicum inter se diversissimorum. subieci pauca exempla, cum quaevis fere huius editionis pagina talia suppetat, ex iis, ubi utraque lectio iuxta legitur in orationis perpetuitate:

p. 51, 15 *intereant facie ridentium* cl. I. II, *uelut ridentum facie intereant* A, *intereant facie ridentium uelut ridentium facie intereant* P.

p. 61, 12 *memoriae bonum perimit* cl. I. II, *memoriae bonum interficit* A, *memoriam iuterficit bonum perimit* P.

p. 61, 14 *nec alter alius* cl. I. II, *tertius nemo* A, *nec alter alius tertius nemo* P.

p. 68, 18 *nam olympum* — p. 69, 9 *consecratum* hoc loco cl. I. II, post p. 72, 3 *litorali* SA; illo loco prima duo verba, hoc comma integrum exhibet P.

p. 69, 16 *meliboea in hoc pede conputatur* cl. I. II, *meliboea istic habetur* F hoc loco vices faciens codicis A, *in hoc pede computatur melibia istic habetur* P.

p. 75, 8 *insiliunt defunctorum rogos coniugum* cl. I. II, *defunctorum insiliunt maritorum rogos* A, *insiliunt defunctorum insiliunt maritorum rogos coniugum* P.

Coniunctum est cum hac huius classis origine, ut optimos quoque eius libros eodem iure dicas et contaminatos et interpolatos: servant scilicet praeter interpolationem etiam alterius recensionis vestigia, nimirum eius codicis, ad quem interpolatio adscripta fuit, neque eiusdem omnes. nam Sangallensis pars prima fere usque ad c. 11 in iis, quae non veniunt ab interpolatione, aperte pendet ex libro classis primae Heidelbergensis simillimo, quocum consentit tam in erroribus (v. p. 8, 5. 12, 10. 58, 3. 64, 8. 81, 10) quam in defectibus (p. 10, 8. 19, 5. 54, 19 — 55, 4. 57, 10) etiam iis quos explet Bernensis. deinde fere a c. 12 constantius librarius mancipavit se interpolatori fitque codex simillimus Angelomontani. — Parisinus contra n. 6810 quodammodo geminus cum altera ex parte principatum obtineat inter interpolatos, ex parte altera pendet ex libro classis secundae tali fere, quales sunt Leidensis vetustus et Parisinus 7230 A*), id est descripto ex exemplo familiae secundae, sed in margine et inter versus adscriptas habente lectiones familiae interpolatae. fuit autem archetypus ille liber perbonus Leidensique vetusto aut aequiparandus aut etiam anteponendus, ut per hunc parentem Parisinus quibusdam locis eximia habeat et plane singularia, sicut mox videbimus. ne autem credas quae sunt in margine Parisini (nobis P^2) ex interpolata recensione proficisci, ex altera lectiones in textum receptas (nobis P^1), repperi alterius utrius familiae lectiones, ubi non in textu leguntur iuxta positae, modo hoc modo illo loco relatas nullo delectu. — Non recte igitur fecit Salmasius, cum editionis suae fundamentum esse voluit hunc librum omnino contaminatum quique etiam alia certissima duplicis vel adeo triplicis originis indicia prae se ferat. nam et librarius in adnotatione

Sangallensis origo secunda ex cl. I.

Parisini origo secunda ex cl. II.

*) Propius ad Parisinum 7230 A accessisse videtur archetypus Parisini 6810 quam ad Leidensem nostrum; certe p. 113, 8, ubi Leidensis legit *dum non*, Parisini 6810. 7230 A habent lectionem magis corruptam *dudum non*.

expressa a nobis p. 236 quae videtur trauslata et ipsa ex archetypo, ita provocat ad *codicem vetustum verae fidei*, ut inde intellegatur archetypi scriptori plurium copiam fuisse: et praefationem alteram, quae nou reperitur nisi in libris ordinis tertii, habet quidem Parisinus a prima manu scriptam, sed in folio praemisso quaternioni primo, qui quaternio incipit ita ut incipere solent libri ordinis secundi: et in libro extremo cumulavit librarius non duarum tantum, sed omnium trium familiarum subscriptiones (p. XXXVI), licet primae vestigia in lectionibus rarissime (cf. p. 66, 6) deprehendas. sed habet tamen Salmasius, quo excusetur: nam negari non potest complures locos in reliquis omnibus libris corruptos in

Parisini libri propria.

solo Parisino *) modo in textu modo ad marginem legi aut emendatos aut emendatae lectioni proximos, ut sunt hi:

	corrupta lectio:	lectio Parisini:
p. 11, 10	*ifitus* (vel *picus*) *filius eius* cl. I. II, *istius eleus* cl. III	*ifitus eleus*
p. 22, 23	*alectorius*	*alectoria usus.* Cf. rubr. p. 239, 3
p. 37, 17	*leucotiam* vel *leocotiam*	*leucosiam*
p. 96, 15	*gensclitheron* vel *gensclithon*	*gesolithron;* verum est *gesclithron*
p. 112, 12	*manifestatura*	*manifestat ara*
p. 121, 8	*progressus*	*progressos*
p. 135, 3	*dilaniatas* cl. I. III, *lancinatas* cl. II	*dilancinatas* cum Aldhelmo
p. 142, 9	*apollinis*	*apellis*
p. 164, 9	*undique*, id quod legit iam Isidorus	*indique*
p. 170, 5	*radia (india) abnuit*	*radi abnuit*
p. 190, 15	*pugnam tam malam pugnam* L, *pugnatum mala pugna* H, *tam malam pugnam* SA	*pugnatam malam pugnam*
p. 214, 7	*materia*	*materiae*
p. 215, 14	*omnem*	*omne*

*) Assectas excipio Parisini 6810 emendatores Leidensis vetusti et Parisini alterius 7230 A. ita legit p. 112, 12 *manifestat ara* uterque,

ut huius codicis librarius necesse sit aut adhibuerit libros nostris meliores aut mira sollertia felicitateque auctorem emendarit aut denique fecerit utrumque. de coniecturis autem eo magis cogitare licebit, quod locis non paucis idem librarius similiter verba emendare voluit successu minus felici:

	traditur:	Parisinus legit:
p. 34, 12	*ioui*	*ibi*, fortasse vere
p. 57, 2	*aetna*	*henna*
p. 70, 14	*Thessaliae* (vel *Thessali*) *Epirotae*	*thessali et epirotae*
p. 81, 18	*dulcem*	*ducem*
p. 113, 8	*dum non* (debuit esse *Dumnoni*)	*dudum non*
p. 119, 7	*myrteum* lectum Isidoro	*myrtoum*
p. 148, 18	*parua*	*nulla*
p. 155, 18	*indigentes* vel *inde gentes* (debuit esse *indigetes*)	*indigenae*
p. 160, 15	*populatis uitalibus*	*populatus uitalia*
p. 171, 17	*successit Hierichus*	*successit macherus*, emendatione petita ex Plinio 5, 72
p. 209, 18	*cum*	*quocum*

Sane librarius qui ut hanc recensionem perficeret tres trium ordiuum codices contulit quique offendit in ***populati*** vocabulo passive usurpato et pro Hierichunte ex Plinio arcem Machaerum substituit, aliis locis verum invenire et potuit et debuit: sicut p. 168, 11 similiter ***Panchaiam*** pro ***Prancthea*** repperit scriba libri Sangallensis coniectura non minus aperta quam vera. nec dubito quominus pleraque ex iis quae supra rettuli vere veniant ex emendatione. sunt tamen quaedam, quae talem explicationem vix admittunt, maxime p. 96, 15. 135, 3; quibus accedit lectio marginis Parisini p. 90, 15 ***stenonstoma*** non vera, sed quae mire convenit cum Ammiano. denique Halieuticon fragmentum non Solinianum, sed cum Solinianis traditum cum in reliquis libris qui quidem

p. 22, 23 *alectario* (sic) *usus* margo Par. 7230A. sed in singularibus hisce tam plenitate quam bonitate lectionum uterque cedit Parisino 6810: ita p. 11, 10 *ifitus eleus* in hoc solo extat.

hodie noti sunt admodum corruptum sit, in hoc solo legitur fere emendatum neque ex ingenio, sed tractum a meliore exemplo. qua propter sic mihi rem animo informo auctorem huius recensionis virum doctum saeculi fere noni ut in aliis omnibus ita etiam in libris quos sequeretur deligendis curiosum nactum esse codices iis qnos habemus non in summa re sed in paucis minoribusque fere emendatiores et tam his libris nsum quam coniecturis textum suum constituisse.

Sed ut redeamus ad classem interpolatam universam, iam patefactum est unde sumenda sit ea quam interpolator ponere voluit lectio: servant eam codices Parisinus Sangallensis Angelomontanus plerumque omnes tres, interdum vero duo soli vel adeo singuli (ut e. c. solus P eam exhibet p. 145, 1) et ita, ut omnes, maxime duo primi subinde aut ad lectionem deflectant familiae diversae aut, id quod saepius fit, duarum familiarum lectiones coniungant. quare nisi adsumptis libris ordinum primi et secundi quid huic classi proprium sit certa ratione non discernas. quae omnia cum explicari omnino nequeant nisi lectiones has in marginem primum, deinde in orationis tenorem admissas esse statuamus, quodammodo de totius generis vi et natura praeiudicium faciunt, quod iam videndum est num confirmetur ipsis his lectionibus consideratis et expensis.

Interpolationes cl. III minores. Sunt autem interpolationes de quibus agimus generis duplicis: nam aut substituuntur verbis Solinianis alia ad sententiam non diversa locutionibus tantummodo immutatis aut adiciuntur res a Solino praetermissae. et illarum quidem interpolationum minorum quaenam ratio sit, evidentissime apparabit subiectis exempli loco iis qnae deprehenduntur in brevi capite vigesimo nono:

p. 144, 9 *inaestuet* cl. I. II, *aestuet* SA.
algore inhorrescat cl. II, *algurescat* cl. I, *alguine horrescat* SA; fuit fortasse olim *algu inhorrescat.*
10 *tam brevi curriculo* cl. II, *in tam brevi cur-*

riculo (*articulo* Bern.) cl. I, *in articulo temporis* SAP[1].

p. 144, 11 *dissonam* cl. I. II, *dissonam sui* SAP.
15 *caelesti* cl. I, *et caelesti* cl. II, *a caelesti* SA.
18 *incalescere* cl. I. II, *excandescere* SP[2].
20 *incanduerunt* cl. II, *incanduerit* cl. I, *incaluit* SA, *inclaruit* P[1].

p. 145, 1 *hiemales* cl. I. II, *glaciales* SA.
2 *ut hauriri etiam a sitientibus non queat* cl. I. II et SA, *ut fluorem suum prohibeat hauriri* P[1].
3 *calet* cl. I. II, *calescit* SAP.
9 *dissoluta est* cl. I. II, *interiit* SA.
15 *prona ad humum cornua* cl. I. II, *prona in* (*ad* P) *humum cornua et obnixa* SAP.

Huius geueris amplificationis et immutationis quaevis pagina offert exempla complura, cum perpauci sint loci in hac recensione in brevius contracti, ut p. 153, 8 verbis Solini ex Plinio fere desumptis *a Canopo . . . sepulto in ea insula quae ostium Nili facit* interpolator substituit *a Canopo . . . ibi sepulto.* de illis autem vix erit qui aliter iudicet in universum ac iudicavit emendator libri Leidensis, qui ubi primam eius generis lectionem (p. 4, 11) ad marginem rettulit, subscripsit ei: *glosa est.* rem abunde declarat comparatio auctorum antiquorum cum eorum quos Solinus compilavit tum qui Solinum compilarunt: nam paucissimis locis exceptis cum libris generis primi secundique faciunt contra tertium. ita ut paucis defungar p. 86, 15 commati *ut altior aestimetur quam unde imbres cadunt* ad verbum fere desumpto ex Mela classis tertiae libri substituunt *ut nubes supervadat*; p. 111, 16 quae leguntur *Pannonia viro fortis et solo laeta* totidem fere verbis repetit Isidorus, cum libri interpolati SAP longe discedant: *dehinc Pannonia* (vel *Pannoniae*) *viro fortis* (*fortes*) *solo plano uberique* (vel *ubertoque*); p. 112, 16 *pecua nisi interdum* citat Priscianus in institutionibus ad verbum ut exhi-

bent classes prima et secunda neque agnoscit quae addunt libri interpolati *ibi* et *aestate*. unde iam Salmasius p. 1178: *in priore editione*, inquit, *Solinus non res tantum, sed ipsa paene ubique Plinii verba usurpaverat, ut ex sescentis locis verum esse scimus: in posteriore res retinuit, verba immutavit*, recte omnino, ubi pro priore editione substitueris libros sinceros, pro posteriore interpolatos. illam de dnplici editione opinationem praeter alia vel maxime refutat, quod qui aetate Romana Solinum compilaverunt ad unum omnes (nam in censum non veniunt loci solitarii nec satis certi ut Isidorianus allatus ad p. 93, 10) stant cum libris ordinum duorum primorum contra tertium: illos omnes qui usos esse credat editione priore ab ipso auctore reiecta, is ridendus magis erit quam refutandus.

Interpolationes cl. III maiores. Pergimus ad interpolationes maiores, quas composuimus p. 233—237, ex parte iam admissas, sicut supra exposuimus, in familiam secundam, in tertiam vero receptas omnes. eae ita comparatae sunt, ut post ea quae supra de earum parte diximus, de toto genere non multa dicenda restent. praefatio altera primum habet inscriptionem eandem quae est in priore *Advento* absurde, cum ex ipsa extrema pateat utramque editiouem duobus diversis dedicari: unde codices duo infimae notae Ambrosianus C. 246 inf. saec. XIII et Parisinus Lat. 11206 saec. XV alteram praefationem inscribere maluerunt *Herennio oratori*. deinde quod ait auctor praefationis librum antea editum esse *impolitum* et *scabrae informitatis*, nunc vero *inchoatae rei summam manum imponi*, omnino index est et quasi quaedam praedicatio et commendatio minorum de quibus modo egimus iuterpolationum, ut his damnatis actum sit de praefatione quoque *operis recogniti*. quid quod mutatio indicis, qui ex *collectaneis rerum memorabilium* iam fit *polyhistor*, plane eundem prae se fert auctorem, qui per totum librum vocabula vocabulis mutavit. est autem ea mutatio non minus absurda quam retentum nomen Adventi: Polyhistoris enim appellatio non libro

convenit, sed libri auctori, neque aliter usurpatum invenitur antiqua aetate, maxime de Cornelio Alexandro appellato Polyhistore cum aliis tum Plinio, a quo interpolator vocabulum videtur sumpsisse. denique in eadem praefatione commendata additamenta maiora, *quae ad incrementum cognitionis accesserunt cura longiore,* sane perpauca nec tanto hiatu digna habent multa quae offendant. Britannica supplementa omnium primaria cur abiudicanda sint Solino, supra iam p. XLVII sq. docuimus. nec magis eiusdem esse longam de hebeno narrationem p. 237, 11—25 ostendit loci Pliniani, quem hoc loco Solinus exscripsit, comparatio cum recensione utraque: nam eorum, quae altera addit, apud Plinium vestigium nullum invenitur. denique omnino interpolatoris est, non ipsius auctoris, quod locum de cinnamo a Solino ad caput de Aethiopia relatum et ibi retinuit et paucis immutatis in capite de Arabia iteravit (p. 236, 10—23). quocum recte comparabitur locus de monte Olympo a Solino collocatus in capite de Thessalia, ab interpolatore translatus inter Macedonica. — Ita quae in hoc librorum ordine adiecta mutatave reperiuntur qui non unum tantum alterumve locum inspexerit, sed universum genus diligenter consideraverit, omnia a Solino quominus abiudicanda sint non dubitabit.

Codicum cl. III utilitas.

Sed quo magis constat hosce libros in summa re fide carere utpote sedulo et perpetuo interpolatos, eo diligentius cavendum est, né quae habent bona sibi propria simul contemnantur et neglegantur. nam supra iam docuimus non solum hanc librorum familiam verum servavisse in locis permultis (p. XLII. XLIII) cum classe secunda contra primam, item in locis quibusdam (p. XLVII) cum prima contra secundam (eiusmodi enim consensus vel ex ipsa quam haec classis subiit contaminatione repeti potest), sed etiam non paucis locis, ubi classes duae potiores eodem errore errant, deteriorem hanc solam verum exhibere (p. XLIV). quid quod extat locus p. 177, 13, ubi quaedam verba omissa a classibus duabus melioribus

et in sola tertia servata ita defenduntur a Plinio Priscianoque ut ea a Solino abiudicare non sustinuerim. denique quamvis interpolatorem a coniecturis non abstinuisse probabile sit et pravarum quoque quaedam licet perpauca exempla inveniantur (ut p. 122, 19 ***Rutulorum*** pro ***Autolorum***), tamen qui vel solos locos speciminis loco supra propositos examinarit, recensionem hanc sine libro a reliquis nostris diverso eoque perbono perfici potuisse omnino negabit.

Interpolationis origo et aetas. Superest ut inquiramus in interpolationis originem et aetatem. quod si testimonia externa circumspicimus, Priscianum quidem, cum in institutionibus scriptis ante a. p. C. 526 plerumque citet Solini librum sub nomine primitivo, semel praeterea afferre vidimus (p. XXXVI) etiam secundarium Polyhistoris cum interpolatione arte coniunctum. at huic testimonio cave nimium tribuas: nam quos habemus codices Prisciani et ex eodem Theodori libro omnes descendunt nec superant saeculum nonum suntque vel antiquissimi eorum glossis iam additamentisque referti, ut cum ex septem locis, quibus Priscianus operis titulum ponit, Polyhistoris inscriptio uno solo ibique secundarie tantum citetur, hanc ab interpolatore proficisci iure suspicere. quare non opus est eo confugere ut statuamus Polyhistoris fuisse nomen secundarium in scholis grammaticorum Byzantiorum Solini libro inditum, quod aut ex scholastica traditione aut ex hoc ipso Prisciani loco sibi notum interpolator cupide arripuerit, ut suam editionem Graeca elegantia intitularet. — Sed magis quam testimonium illud non tam Prisciani quam eius librariorum vetustatem interpolationis demonstrat librorum interpolatorum condicio quos vidimus descendere ex archetypo originis propriae et longe optimo: quid quod uno loco p. 226, 4 glossemate carent, quod occupavit non solum primae et secundae classis libros, sed etiam eum quo usus est Capella, ut vel ea propter interpolatio et ipsa credenda sit perantiqua. — Codices quibus continetur si quidem iis adnumerabimus Leidensem

partem eius continentem in capite de Britannia, accedunt ad saeculum nonum. — Ab externis his ut pergamus ad rationes interpolandi et res additas expendendas, similis interpolatio in hoc certe litterarum Latinarum genere quod quidem equidem sciam praeterea extat nulla. primum ubi quaerimus quo consilio interpolator tot locos mutarit, aperte non hoc egit, ut difficilia explicaret, sed magis ut auctori etsi suopte ingenio a putidis sermonis elegantiis minime abhorrenti tameu tanquam nondum satis compto et ut ipse in praefatione ait 'impolito' adhuc calamistros inureret et 'scabrae informitatis proditionem' novis argutiis 'extingueret', maxime vero ut suam orationis copiam ostentaret. nam persaepe quae reposuit nec meliora nec faciliora neque exquisita reconditave magis sunt quam quae delevit, sed tantummodo alia, ut grammaticum aliquem deprehendere tibi videare pueros exercentem exercitio vocabula substituendi pro vocabulis. orationem autem in tali negotio cum debeamus exprimere ipsius auctoris, non mirum est in interpolationibus tam maioribus quam minoribus sermonem deprehendi plane Solinianum et, ut ipse Solinus sui simia est et quarum in verbis sententiisque elegantiarum ei copia est eas identidem legentibus obtrudit, ita hunc hominem invenit sui admiratorem et imitatorem, ut rariora quae apud eum leguntur pleraque repetas ex Solino genuino*). unde magna cautione opus est, si quis ex sermone iudicare velit de interpo- Interpolationis consilium et ratio.

*) Conferantur exempli causa *ambitio tergorum bubulorum* p. 234,22 et *ambitio extimae cutis* p. 172, 19; *mediale* p. 237, 17 et p. 109, 17; *in crassitudinem extuberari* p. 236, 14. p. 237, 14 et p. 152, 4; *honorari* deponens p. 237, 25 et p. 32, 9. 42, 1; *candicare* p. 234, 18 et p. 46, 3. 169, 12. 200, 9. 221, 12; *nitella* p. 234, 20 et p. 116, 11 sensu tamen aliquantum diverso. alia interpolatori propria: *porro esse* de loco p. 235, 12 expressum fortasse ex Vergilio Aen. 6, 711 (nam etiam in interpolationibns minoribus deprehenditnr interdum color Vergilianns, ut p. 180, 11), *compercere* p. 235, 23, *Pomona* pro fructuum proventu p. 235, 21, *ubertus* pro ubere p. 234, 9 aetatem vix accuratius definient.

lationum aetate: quamquam ex meo quidem iudicio quae interpolator posuit non multo deteriora sunt Solinianis genuinis et vix usquam offendes in interpolatis barbarismos ab aetate Romana infima scilicet abhorrentes. — Tutiora indicia praebent auctores, quorum copiam apparet fuisse interpolatori, resque ab eo allatae. et primum Plinii historiam naturalem, quam Capellam quoque et Isidorum una cum Solino versavisse excerpta eorum ostendunt saepe mixta ex Plinianis et Solinianis, adhibuit etiam interpolator, nam inde habuit locum de vimineis navigiis p. 234, 21. deinde citat Aristotelem p. 235, 9, falso tamen, cum apud eum haec non legantur, legantur contraria. multo maioris momenti est locus de anno natali Alexandri Magni p. 237, 1, quem affert interpolator ex Nepote, scilicet ex eius chronicis, ab alio nemine auctorum quos habemus relatus (v. in ed. Nepotis Rothiana p. 179) et omnino genuinus. nam et annus quem prodit u. c. 400 = Ol. 106, 3 nisi verus, tamen vero Ol. 106, 1 proximus est nec consulum nomina ibi relata ullo alio, qui quidem hodie supersit, loco tam plena et perfecta leguntur: in anno autem urbis conditae quod erravit non Nepos, sed qui Nepotem exscripsit, numerum ponens CCCLXXXV pro CCCC, eiusmodi errores constat aetatis infimae auctoribus omnibus communes esse et fere sollemnes (v. chronol. Rom. meam p. 130). quare licet minime sequatur ipsa Nepotis chronica adhibuisse interpolatorem, certe hoc sequitur interpolationem originis esse minime recentis. — Ad res ubi accedimus, sunt quaedam quae Christianum auctorem prodere videntur, ut *gentilia vota* p. 234, 15, *detestabilis sacrorum ritus* p. 234, 4 de hostiis humanis, *commoveri in feminam* p. 235, 7 locutione aetatis maxime christianae. sed talia facile fallunt nec nego etiam paganum hominem haec scribere potuisse. — Linguae Graecae aliquem usum prodit adnotatio de insula Planasia p. 233, 29. plus fortasse momenti habet additio ad locum de Blemyis p. 236, 5 aperte inde orta,

Auctores ab interpolatore citati.

Interpolator num Christianus.

Blemyas interpolatoris.

quod interpolator bene norat Blemyas degentes in Aethiopia nec sane capite truncos, quorum captivos ab imperatore Probo missos Romam urbani homines mirati sunt (Vopiscus Prob. 17 coll. Aurel. 33; Zosimus 1, 71) et quibuscum etiam post Probum saepe actum bellatumque est ad aetatem usque Iustiniani (Mamertinus genethl. Maximiani 17, 4; Prisci exc. 11 p. 153 ed. Bonn. cum nota Valesii; Olympiodori exc. p. 465 ed. Bonn.; Procop. bell. Pers. 1, 19; C. I. Gr. n. 5072): denique Blemyes hi cum interfecerint c. a. 373 in Arabia ad oram maris Rubri Pharanitarum eremitas quadraginta mox relatos inter sanctos (Tillemont *hist. des emp.* 5, 106; *mém. eccl.* 7, 573), memorantur etiam a Christianis auctoribus cum Graecis tum Latinis, ut Sulpicio Severo (dial. 1, 22). — Quod autem non solum locos de cinnamo, quod pro Aethiopia tribuit Arabiae, et de pipere interpolator retractavit, sed adiunxit narrationem de hebeno Indiae nescio unde petitam, convenit aetati inter Romanam nostramque intermediae sollicite quaerenti de mercium ex oriente advectarum natura et origine. — Denique intulit capiti de Gallia lacus Brigantini laudes, laetos campos Norici subalpini, cogitans opinor de Invavensibus, planitiem Pannoniae cum fluviis Dravo et Savo. item de Hiberniae incolis narrat non pauca, quorum quaedam ex Plinio petita esse vidimus (p. LXVII), alia de fructuum proventu et de feminarum usu communi componi poterunt quodammodo cum iis quae de Caledoniis scribit Dio (76, 12; cf. Caes. bell. Gall. 5, 14), pleraque vero non leguntur praeterea apud quemquam et auctorem prae se ferunt Hiberniae pergnarum. itaque cogitationi statim subeunt monachi illi Scoti ex patria insula Hibernia ab sexto inde saeculo excurrentes in continentem, Columbanus Brigantiae moratus per triennium eiusque discipuli sociique. quorum ut constat de studiis Vergilianis, ita fieri potest, ut horum aliquis Solinum recensuerit eaque in margine scholia addiderit, quorum deinde particula illata est in familiam secundam, uni-

Interpolatoris Britannica similiaque.

versa farrago in tertiam. neque quidquam inter insiticia haec extare puto, quod aut infra hanc aetatem sit aut supra. nam quae ex illo tempore ad nos pervenerunt, persaepe continent testimonia veterum aliunde ignota: sic plane similiter codices Prisciani quidam deteriores neque in suo genere Solinianis de quibus agimus comparandi referunt locum Alfii Aviti (ad 4, 29 p. 134, 3 Hertz) poetae vetusti et parum in vulgus noti*). quod si eius aetatis sunt, quam modo definivimus, id est sexto fortasse saeculo conscriptae, glossae hae non ita spernendae sunt ut merito spernuntur vulgares post Romanam aetatem adiectae, sed a lexicographis certe expendendae: eaque inter alias causa me movit, ut quarum mihi copia fuit eas in hac editione exhiberem omnes.

Editionis consilium.

Pergo ad exponendam huius editionis rationem et condicionem. — Crisis Solinianae vel maximum adiumentum positum est in comparandis locis aliorum veterum auctorum cum iis, quos ante oculos habuit Solinus vel potius auctor Solini, tum iis, qui ex Solini auctore ipsove Solino fluxerunt. prioris ordinis locos ad marginem interiorem adscripsi a me enotatos, magnopere adiutus in ea inquisitione cum doctrina et industria Salmasii tum accuratis indicibus, quos Otto Schneider adiecit ad Plinii editionem Silligianam. quod si quid praetermisi, operam huic rei impendens non indiligentem, sed subitariam, velim excusent ii qui supplebunt. longe pleraque certe ad suum auctorem revocata sunt itaque effectum, ut et certius et commodius utare scriptore eo, cuius usus nullo loco non pendeat ex quaestione

Auctores Solini comparati.

*) Conferri poterunt praeterea glossa illata in Velleii librum Murbacensem ex opere paucis lectitato Aemilii Surae (v. quae dixi in mus. Rhen. novo 16, 282) quaeque habentur similia in Plinii historiae naturae libris supra iam obiter commemorata (p. XXIX), ut adnotatio ad 7, 55 in uno Chiffletiano et ad marginem quidem reperta, quam vetustam esse patet, Plinii esse non credo Detlefseno Urlichsioque (mus. Rhen. nov. 18, 232. 528).

auctoritatis. ceterum circumscripta est haec inquisitio, ut supra dixi, voluminibus Plinii senioris et Melae. — Eorum vero auctorum, qui expilarunt aut opus, cuius epitomen Solinus confecit, Appuleii et Ammiani, aut ipsam epitomen Solinianam, Augustini Capellae Prisciani Isidori Aldhelmi Bedae locos ea diligentia eoque iudicio quibus pollebat congesserat Carolus Ludovicus Roth Basileensis. quibus ego ita usus sum, ut singulos denuo exigerem et reicerem non desumptos ex Solino, qui inter adnotatos a Rothio utpote in opera inchoata erant non pauci, procul habendos omnino a crisi Soliniana. nam id quod supra (p. XXXII) significavi, qui Solinum usurparunt auctores fere omnes Augustinus Capella Isidorus Dicuil denique, quamvis Plinii librum nacti epitoma Soliniana facile carere potuisse videantur, tamen perpetuo fere simul adhibuerunt Plinium et Solinum, ut eiusdem commatis saepe alteram partem ad hunc, alteram ad illum revoces. unde magna cautione opus est in excerptis illis recte aestimandis et ad suum quodque locum referendis, id quod in Capella diligenter fecit Frid. Lüdecke libello supra p. XXXI citato. — Ceterum vix opus est monere, quanta sit auctoritas et utilitas horum utriusque generis testimoniorum, a quibus non solum iudicium de libris in universum vel maxime pendet, sed etiam multis locis lectio emendatur (v. p. XXXIII) vel confirmatur. quamquam ne ab his quidem Solini libris antiquissimis afuerunt errores, sicut constat de Capelliano ex p. 226, 4, suspicere etiam de Isidoriano ex p. 164, 9. editiones autem ne fallerent neve, id quod saepe factum est, lectiones vulgo admissae, sed auctoritatis incertae ex alio auctore in alium propagarentur, quantum potui cavi, adhibitis etiam in Mela Ammiano Capella editorum futurorum amicorum meorum subsidiis criticis. desideravi tamen apparatum pleniorem et certiorem maxime in Plinio et in Isidoro.

Compilatores Solini comparati.

Post antiquissima illa scripturae Solinianae testimonia succedunt libri scripti. ante omnia curandum fuit,

De codicum divisione et electione.

ut iu tanta librorum copia, quautam testantur bibliothecae maiores omnes, maxime Gallicae Germanicaeque, primum genera recte constituerentur, deinde in suo quique genere optimi dignique qui ordinem ducerent conferrentur accurate. et de generibus decisum esse existimo: quas enim de iis leges posui, iis reguntur codices saeculo XII antiquiores quos novi ad unum omnes. neque iguorarunt Solinianorum librorum tria genera saeculi X grammatici, sicut similem libelli Ciceroniani de senectute condicionem eos optime novisse et ad eam notitiam crisiu exercuisse uuper demonstravi (v. acta acad. Berol. 1863 p. 10 sq.): nam pariter ac Catouis maioris extant Solini codices non pauci ea aetate collati cum libro uno vel adeo duobus familiae diversae. receutiores autem libri cum magna ex parte descripti sint ex codicibus eiusmodi varia lectione instructis, necessario accidit, ut in iis tres illae familiae plerumque contaminarentur. — Magis anceps res fuit ex generibus illis tribus optimos quosque seligere nec potuit in ea re, maxime in auctore minime digno, propter queui orbis terrarum peragretur, nihil dare casui. equidem primum hanc mihi legem posui ut in singulis classibus codices adhiberem non plus binos, cum longe plurium copia uihi esset. hoc enim me docuerunt ii quorum iu hac re apud me valet auctoritas, codicum generibus recte distinctis pauca in unoquoque exemplaria sufficere inutilibusque adscitis utilia non adiuvari, sed obrui cum iugeuti prudeutis lectoris taedio, imprudentis autem ad iuancs ariolationes invitatione, ut quodammodo simplex desidia laude digna videri incipiat prae hoc desidiae genere id agendi quod nihil est. selegi itaque ex prima familia Heidelbergensem et Bernensem, ex secunda, quae omnium maxime abundat exemplis antiquis et accuratis, Leidensem vetustissimum et Guelferbytanum, ex tertia Angelomontanum et Sangalleusem. accessit his Parisinus 6810 Iani instar biceps et altera quidem facie secundam, altera tertiam, utram-

que autem optime repraesentans, propter singularem suam non dico bonitatem, sed indolem dignus visus, qui totus conferretur. inter pares usus sum praesertim parabilioribus iisque quos collatos habebam a Rothii industria tam gnava quam docta, denique iis qui primi oblati sunt: nec tamen in iis libris, quos postea vel ipsos versavi vel per specimina inde missa exploravi, quidquam repperi, cur illius electionis paeniteret. hoc vellem mihi contigisset, ut primae classis praeter Heidelbergensem alterum codicem nactus essem nisi eo vetustiorem, certe aeque intemeratum, id quod de Bernensi dici non potest: itaque solos fere ex iis quorum mihi copia non fuit desideravi cum Casinatem librum tum multo magis Burdigalensem Eliae Vineti. quamquam multum ne ex tali quidem teste Solinum profecturum fuisse Dicuili cum Heidelbergensi consensus satis ostendit. hoc autem omni cura egi, ut librorum selectorum lectionem exhiberem certam et plenam, qua in re me adiuvit, quod ex septem libris illis quattuor habui ab Rothio non tantum collatos, sed quodammodo descriptos exemplaribus quattuor editis ad illos emendatis, tres reliquos donec liber exculitur domi tenui. variam lectionem in tantam molem excrevisse, quantam margines monstrant, ne mihi quidem placet, sed non potuit evitari: supervacaneis autem ne liber oneraretur, vulgatam scripturam, quae est fere Salmasiana, ne iis quidem minime paucis locis attuli, ubi expelli debuit nullo ex melioribus libris cum ea consentiente.

Ita materia parata accessi ad orationem constituendam. id officium in Solino hoc proprium habet, quod totum consistit in eligenda ex traditis lectione vera, coniectandi autem fines tam anguste pateant, ut paene verear, ne iis haec mea opella parum probetur, qui auctorum recognitiones aestimare solent ad numerum locorum emendatorum sine exemplo. certe quamquam non desunt loci in omnibus libris pariter corrupti (specimen dedi supra p. XXXIII), tamen ego novi nullum ex *De coniecturis.*

auctoribus Latinis profanis, qui eius generis tam paucos habeat: neqne nllo opinor certiore documcnto constat id quod fere de auctoribus omnibus verum est libros nostra aetate superstites descendere omnes ex eodem exemplo non perantiquo nec parum corrupto, non cadere in Solinnm, sed eum ad nos pervenissc traditione duplici ex archetypis duobus redeuntibus ad exemplum antiquissimum non omni menda immune, sed tamen fere emendatum et ab auctoris libro proxime remotum. proclivem denique in tali praesertim auctore crrorem, ut quae ipse peccavit librario imputata tollas, cavere quidem volui reliquique propterea vel talia, qualia leguntur p. 100, 1. 185, 20. 202, 20 *) omnino apud scriptorem vel modicae bonitatis intolerabilia, sed tamen fortasse sic edita a Solino: vereor tamen, ne quibusdam locis ut p. 27, 8. 164, 9, fortasse etiam p. 168, 1 praeter rationem emendatorem egerim. turbae autem inde nullae orientur, cum asteriscus coniecturas distinguat et lectores moneat, ne inconsulto lectioni confidant. — In electionis autem negotio, in quo res est universa, primum tenendum est non tam singulorum codicum lectiones, quam familiarum componendas esse itaque ubi duo ordines et tertii pars consentiunt, huius reliquos libros non esse audiendos. quamquam interdum aliter statuendum est, scilicet in magna erroris proclivitate: ut p. 59, 16 verum *haemachates* pro *achate* legitur in solo Guelferbytano, cum praecedens *odorem* tam in Leidensi quam in duabus aliis classibus primam syllabam absorbuerit; item p. 66, 6 *leleges* servant Heid. et Paris. soli, cum in reliquis abierit in *leges*. sed haec rarissima sunt et fere singularia, nam variae lectiones paullo graviores ubi existunt, semper fere ita comparatae sunt, ut aut ex tribus classibus duae contra unam stent aut quot classes sunt, tot item sint variae lectiones. et ut pri-

Codicum singularium lectiones reiectae.

*) Ibi interpolata lectio per se longe praestat, cum praesertim *undique secus* redeat apud Solinum p. 140, 19 et apud Capellam, v. Oudendorp ad Appuleii metam. 1, 22 p. 92.

mum videamus de illo genere diversitatis, quamquam ex tribus classibus nulla neque propriis laudibus caret neque propria interpolatione, tamen patet ex iis quae supra exposuimus tertiam data opera pessumdatam esse perpetua fraude. quas iuterpolatioues deprehensas cum ex consensu classium primae et secundae in contrarium, tum ex sua indole et natura, licet magna ex parte ne a Salmasio quidem reiectas, quippe qui maxime secutus sit librum huius generis Parisinum, nos constanti consilio expulimus neque ab hac lege, ut in adiectis omissis mutatis non interpolatos sequeremur, sed sinceriores, nisi paucissimis locis discessimus, ubi auctorum loci comparati ita suaderent. sed longe minus expedita res est, ubi non interpolatio grassata est, sed librariorum neglegentia. nam quod simplicissimum foret, ut ex tribus testibus duo consentientes semper vel fere semper tertium vincerent, id supra vidimus lectionum uaturam nequaquam admittere: licet enim saepissime duae classes in lectione vera consentiant contra tertiam, tamen vidimus item multis locis iisque a coniecturae suspicione omnino alienis e contrario duos testes fallere, tertium verum dicere. ita ut exempla quaedam repetam ex supra prolatis, p. 146, 18 *quiddam* (sive *quidam*) *imperite* cl. I. II male, recte cl. III *quidnam imperitet*; p. 32, 3 *in curia* cl. I. III male, recte cl. II *in cypria*; p. 77, 1 *aratores* cl. II. III male, recte *aroteres* cl. I: ut necessario statuendum sit antiquissimo tempore, id est saeculo fere octavo libros Solinianos contaminationem subiisse ab ea, quae tribus nostris familiis innixa a saeculo inde decimo coepit, omnino diversam. illa qualis fuerit cum demonstrari nequeat, qualis esse potuerit patefacit schema subiectum.

Interpolationes expulsae.

Classium duarum contra tertiam consensus quam saepe fallat.

A { integer neqne interpolatns
quiduam imperitet
cypria
aroteres

B { mntilus neqne interpolatns
quidam imperite
curia
aroteres

C { integer cnm interpolationibns in margine
quidnam imperitet
cypria
aratores

D	E	F
archetypum cl. I	archetypum cl. II em. ex C	archetypum cl. III em. ex C
mntilus remansit	lacnnae suppletae ex C	lacunae suppletae ex C
interpolationes nnllae	interpolationnm particula recepta	interpolationes receptae omnes
quidam imperite	quidam imperite	dnam tet quidam imperite
curia	cypr curia	curia
aroteres	ato aroteres	ato aroteres

Descenderunt ex communi omnium nostrorum librorum archetypo *A* ad Solini aetatem proxime accedente libri duo *BC**) summopere diversi, alter *B* mutilus folio paenultimo amisso, integer alter *C*, ille ab interpolationibus alienus, hic glossas additamentaque ea de quibus supra vidimus ad marginem habens, praeterea corrupti diversa ratione. ille autem mutilus *B* saeculo octavo pro illorum temporum condicione satis notus videtur fuisse et saepe descriptus esse, integer autem *C* diu latuit. quo invento saeculo fere nono ex tribus exemplis de mutilo illo sumptis unum *D* mansit in suo statu, unde originem trahunt classis primae libri, duo alia *EF*, quae classem secundam et tertiam generaverunt, emendata sunt ad librum *C*, sed diverse. nam qui scripsit librum *E*, textum diligenter emendavit, glossas autem sprevit et additamentorum partem: contra codicis *F* librarius glossas libri *C* suo exemplo religiose intulit omnes.

*) Licet etiam, si magis placet, classium secundae et tertiae diversitatem ita explicare, nt archetypa utriusqne emendata sint ad exempla duo ex libro C ducta inter se diversa.

ita error communis classibus primae et secundae redit ad codicem *B*, emendatus est ex *C* in *F*, in *E*, cum pariter emendari posset, remansit: error communis classibus primae et tertiae item redit ad *B*, emendatus est ex *C* in *E*, remansit in *F*: contra errores communes classibus secundae et tertiae, qui sunt perpauci, veniunt ex *C* illati inde in libros inde emendatos *EF*. — Ad crisin autem hoc inde efficitur ubi duae classes contra unam stant, ibi lectiones magis ponderandas esse quam numerandas et licet in re pari duos testes potius secuti simus quam singularem, tamen in talibus iudicium semper ambiguum manere.

Denique aliis locis iisque minime paucis tres repe- riuntur trium familiarum lectiones. quae diversitas ut recte percipiatur, apponere visum est primum locos quosdam selectos ex iis, ubi una ex tribus familiis verum servavit reliquis duabus corruptis diverse, tum locos quosdam, ubi tres classes tres habent corruptelas diversas. et verum quidem servavit familia prima sola locis inter alios his: **Classium trium lectiones tres diversae.**

p. 16, 25 ***hominum*** cl. I, ***hominum materna*** cl. II, ***materna*** cl. III; glossa ***materna*** videtur profecta non ex communi librorum archetypo, sed ex libro quem supra p. LXXII fecimus *C*.

p. 77, 16 ***criu metopon cum contra*** cl. I, ***crium metapontum contra*** cl. II, ***criu (eriu) metapon cum contra (citra)*** cl. III.

p. 122, 16 ***spectanda nimirum ingenio loci*** cl. I, ***spectandum nimirum ingenio loci*** cl. II, ***ita spectando loci ingenio*** cl. III.

p. 125, 5 ***aspersi*** cl. I, ***expersi*** cl. II, ***perspersi*** cl. III.

p. 180, 11 ***reliquis anni temporibus*** cl. I cum Isidoro, ***reliqua amnis*** cl. II, ***reliqua parte anni*** cl. III.

p. 210, 5 ***feritate*** cl. I cum Plinio et Isidoro, ***ferocitate*** cl. II, ***ferocia*** cl. III.

secunda autem his:

p. 9, 15 *plenam* cl. II, *uel* cl. I, om. cl. III.
p. 11, 10 *Iphitus* cl. II, *picus* cl. I, *istius* cl. III.
p. 15, 4 *caesar* cl. II, *augustus caesar* cl. I, *c. caesar* cl. III.
p. 88, 18 *profluxisset* cl. II, *proluisset* cl. I, *prolusisset* cl. III.
p. 93, 21 *hoc genus canes* cl. II, *horum generum canes* cl. I, *hoc genus canum* cl. III.
p. 126, 16 *in cibatu* cl. II, *in cubatu* cl. I, *in cubitu* cl. III.
p. 181, 1 *suci ope citius* cl. II, *sucus ore retentus* cl. I, *suco citius* cl. III.

tertia vero his:

p. 80, 5 *pronius* cl. III, *prius* cl. I, *protinus* cl. II.
p. 80, 17 *gnoson* cl. III, *cynoson* cl. I, *coson* cl. II.
p. 87, 19 *quoquo eaut* (non *eunt*) cl. III, *coeunt* cl. I, *quo coeant* cl. II.
p. 151, 1 *bisulco* cl. III, *ibico* cl. I, *hiulco* cl. II.
p. 169, 1 *redimitu pari pars* cl. III, *redimitu pars* cl. I, *redimitu pari* cl. II.
p. 170, 8 *corona crocea* cl. III, *croco congruit* cl. I, *corocrocea* cl. II.

His autem locis corruptelae diversae extant in classibus tribus:

p. 126, 3 *conflictu*] *conflictis* cl. I, *adconflictu* cl. II, *adflictu* cl. III.
p. 207, 24 *ctesiam*] *thessiam* cl. I, *icesiam* cl. II, *clesiam* cl. III.

His quae attulimus similibusque expensis apparet ibi, ubi non de interpolatione agitur, sed de librariorum mendis, trium classium fere parem esse auctoritatem quique Solinum recognoscat nulli ex illis caece oboedire debere, sed rebus expensis et sensu quodam se expedire: itaque feci vel certe facere volui. multi enim loci ita comparati sunt, ut neque ex rebus neque ex sermone de lectionibus iudicari possit, ut e. c. p. 93, 17 num auctor

scripserit *praecepit* cum classe prima an *imperavit* cum secunda an *iussit* cum tertia quis divinet? denique anceps est et lubricum de lectionum probabilitate iudicium praesertim in auctore ipso minime probabili vituperandoque non solum ob singularem ingenii exilitatem sed etiam ob sermonis ampullosam infantiam. quare in locis dubiis recte fere successisse mihi ut veram auctoris lectionem in ipsa oratione exhiberem ne ipse quidem satis persuasum habeo. nec tamen editionis huius utilitas magnopere eo imminuetur, quod in lectione eligenda saepe fortasse editor erravit. nam sua causa cum a paucis Solinus legatur et merito quidem, maxima eius utilitas in eo consistit, quod instrumentum praebet utilissimum ad Plinii recognitionem, utile ad Melam Capellam Isidorum alios auctores emaculandos: quod instrumentum horum editores futuri utrum ex margine huius libri desumant an ex ipso contextu, non multum interest.

In orthographia cum librorum Solinianorum nulla sit neque proprietas neque utilitas, utpote quorum nullum saeculum nonum superet, expuli barbara omnia et plebeia, de quibus mihi satis constaret et redii ad eam, qua auctorem usum esse probabile est. nam meo iudicio graviter peccant qui expulsis tandem aliquando clericorum barbarismis redeunt ad id genus errorum, quod infima aetate Romana apud plebem obtinuit et *ucxorem, Labinios, Thevas, Filippum, Bosphorum, Riphaeum,* similia tanquam nobili nescio qua venerandae vetustatis rubigine obducta mirantur et imitantur. expuli item nimis antiqua et ab aetate Solini aliena, ut sunt *volgaris, Volcanus,* quae scribendi ratio inter nostros libros obtinet apud Sangallensem: talia enim non ab auctoribus profecta sunt, sed a posteriorum grammaticorum mala sedulitate orta retinentur a nostrae aetatis in talibus caeca credulitate, quae iam effecit ut multo recentiorem scriptorem legere tibi videare monumentum Ancyranum percurrens quam editiones non paucas auctorum saeculi secundi tertiive ab huiusce diei grammaticis recognitas. in mino- Orthographia.

ribus et adiaphoris maxime secutus sum Leidensem, vellem etiam constantius, quam factum esse video.

Restat, ut de editionis huius origine quaedam addam: nam vel ea habuit sua fata. consilium ceperant Solini recognoscendi eodem tempore Carolus Ludovicus Roth Basileae et Gustavus Parthey Berolini: mox vero hic de Rothii consilio certior factus quae ad eam rem pararat Rothio sponte dono obtulit. quae Rothius ita accepit, ut si quid sibi accidisset, collectaneorum suorum Solinianorum Partheium heredem faceret. quare Rothio morte immatura nec necessariis eius solis lugenda paulo post defuncto († a. 1860 Iul. 16) redierunt ad Partheium Soliniana non solum sua sed etiam Rothiana, praeclarum sane futurae editionis fundamentum. tractare igitur coepit Partheius Solinum, quem superadderet tot auctoribus utilibus magis quam bonis et propterea vulgo spretis, restitutis autem sua industria suaque in minimos quosque et debiles infra classem classicos indulgentia et quasi caritate: iamque editionem fere absolverat, cum de eius consilio et instrumento quid sentirem ex me quaesivit. ita ut obsequerer homini amico et familiari, in eam rem inquirere coepi cumque ei significassem apparatum nondum satis plenum mihi videri nec per eum liquere de fundamento editionis Salmasianae bonamque me spem habere de libris Parisinis et Leidensibus, quos tum non noramus nisi ex catalogis editis Salmasioque, obsecutus mihi est amicus meque rogavit, ut in instrumento augendo et in textu recognoscendo se adiuvarem: quod me facturum esse recepi. deinde vero opera procedente intelleximus tam in parvis rebus quam in magnis unum esse debere operis magistrum, itaque evenit, ut ego ex structore fierem architectus, amicus autem editoris persona deposita redemptor. patet tamen ex hac narratione si quid profecerunt litterae auctore diu neglecto iam ad libros scriptos exacto, eius meriti laudes non tam mihi deberi, qui postremam tantum et fere

subitariam operam Solino impendi, sed Carolo Ludovico Rothio et Gustavo Partheio, qui hanc editionem suis laboribus fundaverunt.

Indices tres auctorum a Solino citatorum, locorum a Solino compilatorum vel ex Solino desumptorum, denique nominum rerumque praecipuarum ut adicerentur curavit Partheius.

BEROLINI
m. Martio a. 1864.

ELENCHVS SVBSIDIORVM.

I. AVCTORES ANTIQVI A SOLINO COMPILATI VEL SOLINIANORVM COMPILATORES.

MELAE chorographiam citavi secundum codicem primarium Vaticanum 4929 saec. XI, quem Partheii in usum post Presselium (cf. mus. Rhen. nov. 2, 153) denuo diligentissime contulit a. 1858 Adolphus Michaelis.

PLINII naturae historiam adhibui secundum editionem Silligianam maiorem. Leidensem tamen librum primarium (Voss. fol. n. 4 saec. IX, Sillligio *A*, v. praef. eius vol. 1 p. v) ipse denuo cum cura contuli.

APPVLEII florida.

AMMIANI rerum gestarum libros adhibui ratione habita collati diligenter ab Aemilio Huebnero libri hodie primarii Vat. 1874.

AVGVSTINVS de civitate dei.

MARCIANI CAPELLAE librum sextum de geometria, qui solus continet excerpta ex Solino, adhibui ratione habita codicum Reichenaviensis hodie Carlsruhensis n. 73 saec. XI optimi et Darmstadicusis n. 2168 (olim Coloniensis n. 193) item saec. XI, quos libros accuratius quam a Koppio factum est collatos habui a Francisco Eyssenhardt.

PRISCIANI periegesis (Wernsdorf poet. min. vol. v p. 265 sq.).

PRISCIANI institutiones grammaticae ad ed. Martini Hertzii.

ISIDORVS de natura rerum ad ed. Gust. Beckeri.

ISIDORI originum sive etymologiarum adhibui editiones Arevalianam et Ottonianam. neutra tamen sufficit.

ALDHELMI epistulam ad Aeircium adhibui secundum ed. in eiusdem operibus quam curavit Giles Oxonii 1844.

BEDAE historia ecclesiastica (opp. ed. Giles vol. II).

SCHOLIA LVCANI etsi praetermitti potuerunt et fortasse debuerunt, ea enim quae citant Solinum recentissima sunt, tamen quae inde afferri solent perpauca, ego quoque attuli secundum ed. Weberianam.

II. CODICVM ORDO PRIMVS MVTILORVM.

DICVIL cum et multos locos ex Solino afferat et paucis exceptis non immutatos (quamquam subinde quaedam omisit vel aliunde inseruit ut p. 112, 10, leviter etiam interpolavit quae non intellegeret ut p. 155, 7), codicis instar est et huius quidem ordinis (v. p. XLII). usurpavi editionem Letronnianam (Parisiis 1814) ratione habita solius codicis Parisini 4806 saec. X notati a Letronnio nota *A* et a me quoque nuper inspecti: nam Parisinus alter Letronnii saec. XV omnino ex illo descriptus est. praeterea Walckenaeriam editionem (Paris. 1807) ad eosdem codices factam non adhibui: adhibui a Partheio olim collatum codicem Dresdensem D. 182 (cf. ad itinerarium Antonini praefationem Partheii Pinderique p. XVIII) aetate Parisino non multum recentiorem et certe eo nomine utilem, quod apud Letronnium Parisini libri lectiones non satis accurate referuntur.

H: indicat codices Heidelbergensem et Bernensem consentientes.

h: *Heidelbergensis* saec. XI, Heidelberga translatus Romam (ubi fuit sub nomine Vaticani Palatini n. 1568),

Roma Parisios, iam Parisiis relatus Heidelbergam, diligentissime excussus a Rothio. continentur libro f. 1—82 Solinus, f. 83—145*a* Florus, f. 145*b*—151*b* caput Orosii de situ orbis, cuius deficit pars extrema. citat eum sub nomine schedarum Palatinarum Salmasius (v. eum ad 1, 77 p. 27*b*; ad 27, 11 p. 228 al.), in praefatione testatus tres se usurpasse Palatinos libros, unum antiquissimum, alterum mediae vetustatis, tertium (eum opinor quem alibi appellat Freheranum) infimae et in charta scriptum, sed ex optimo aliquo exemplari desumptum, ut conicias Heidelbergensem librum esse Salmasii primum, Freheranum autem ex Heidelbergensi descriptum. hic liber quamquam non caret vitiis sibi propriis (ita p. 143, 19 quaedam omittit), tamen omnium huiusce classis librorum quos quidem novi et antiquissimus est et purissimus.

Bern.: *Bernensem* n. 170 fol. saec. XII, olim 'Petri Danielis Aurel. 1569', contulit item Rothins pari diligentia. ubi Heidelbergensis cum reliquis libris omnibus vel certe plerisque consentit, Bernensi proprios errores snppressi *). praeter errores hos huic proprios, qui sunt non pauci, adsunt item interpolationes, ut p. 3, 3 in ipsa inscriptione ex *Advento* fecit *Constantium* (v. p. XXXIV), p. 198, 10 pro *nientibus* Heidelbergensis corrupto ex *montibus* substituit *collium prominentiis*, p. 217, 16 pro *lichni navibus* corrupto ex *nili nauibus* posuit *ligni nauibus*, p. 218, 18 pro *Germania*, quod ex *Carmania* corruptum est, emendavit *Arabiam*. adsunt etiam contaminationis cum codice classis tertiae indicia non multa, sed certa, maxime in dittographiis 25, 27 (*biennio*

*) Speciminis causa apposui lectiones cod. Bern. a me omissas in primis paginis decem: p. 3, 16 *remotus* — p. 4, 10 *iniuriosum* (quod tamen olim videtur fuisse etiam in Heid.); 23 *effugiant* — p. 7, 14 *tracone*; 25 *conceptum* — p. 8, 17 *archades* — p. 9, 23 *canensibus* (quod adnotari debuit).

Heid., *ui amnica* rel., *ui annica biennio* Bern.). 39, 5 *(sui eui)*. 60, 12 *(erifisan penicusan erupusan finicusam* Bern., quod suo loco adnotare neglexi). 61, 2 *(suopte,* supra *o* scr. *a)*. quamobrem etiam aliis locis, ubi Bernensis ab Heidelbergensi discedit et ad familiam tertiam deflectit, ut 25, 25. 37, 15. 18. 52, 9 *(fatetur tenebris)* 54, 19 — 55, 4 ad hanc eum correctum esse apparet, cum aliis locis, ut p. 57, 10, dubium restet, utrum ea quae habet Bernensis veniant ex codice familiae primae emendatiore quam est Heidelbergensis an ei illata sint ex libro originis diversae. sed in summa re paucissima tantum exhibet Bernensis a sua familia aliena, ut videatur descriptus ex libro aliquo eius ordinis vetusto et fide digno, qui tamen paucis locis maxime in parte prima ad marginem adscriptam haberet lectiones petitas ex codice generis tertii. — Verum ubi Bernensis servavit solus, ut 22, 2 *licdamis* pro *licdamus,* 27, 8, nisi hoc loco Bipontinae lectionem corrigere oblitus est Rothius, *fonteio* pro *pompeio,* id factum est aut coniectura aut casu.

III. CODICVM ORDO SECVNDVS.

L: *Leidensis* Voss. Q. 87 saec. IX eximia Leidensis bibliothecae praefecti Pluygersii benivolentia ad nos transmissus Berolinum ibique dum sub prelo liber est retentus diligenter a nobis excussus est. folio extremo labem passo manca sunt capita 52, 45 et 52, 54: deficit liber p. 215, 15 in verbis *admittit perspi,* sed amissa explevit manus posterior (vide infra *l*). — F. 81 legitur in margine: *Vuarmundus humilis sacerdos S.* .... — Venit ex bibliotheca aliqua Aurelianensi ad Petavium; nam in fine adscriptum est instrumentum de hoc volumine commodato a. 1481, in quo nominatur 'Samson Cormeneau doctor universitatis Aurelien̄. et canonicus eiusdem ecclesiae'

(nomen ecclesiae erasum est) inveniturque praeterea f. 8. 91 inscriptum '*Petau. Aurelii*'. hic igitur sine dubio codex est optimus Petavii, quem ab Ios. Mercero quodam loco inspectum citat Salmasius ad c. 27, 12 p. 229 quemque praeterea novit ex collatione Petri Danielis Aurelianensis (v. Salmasii praef. sub finem). — Codex est omnium quorum nobis copia fuit et antiquissimus et praestantissimus, scriptus a librario accurato et docto quam emendatissime. — Emendavit librum manus saeculi fere decimi ad codicem quem ipsa dicit *vetustum* (v. ad p. 68, 18 et p. 236 in nota) simillimum Parisini 6810 (nobis *P*) neque tamen eundem, nam paucis quibusdam locis Leidensis manus altera aut deflectit ad familiam primam (ut legit p. 24, 22 *pretiosos*; p. 26, 11 *coit*; p. 29, 10 super *enituit* posuit *re*) aut posuit familiae tertiae lectiones a Parisino praetermissas (ut p. 136, 15). in lectionibus autem longe plerisque, etiam iis quae praeterea non inventae sunt nisi in uno codice Parisino (ut 112, 12 *manifestat ara;* 142, 9 *apellis*) Leidensis emendator conspirat cum libro Parisino (cf. p. LVI not.). ego cum Parisinum librum nactus emendatore Leidensi supersederi posse intellexissem, has secundae manus emendationes fere suppressi, quasque rettuli lectiones cum nota L^2, eae sunt fere emendationes manus primae (v. p. LXXXV): quod si quaedam ex illis remanserunt, eas satis distiuguit aut quod ibi adiectum est de manu recentiore testimonium aut consensus cum lectionibus notatis *P*.

G: *Guelferbytanus* Gudianus 163 (Ebert catal. 831 p. 156) saeculi X. contulit primum Gustavus Parthey a. 1860 Berolinum sibi missum a Bethmanno bibliothecae praefecto, deinde denuo missum ab eodem dum editio haec sub prelo est domi habui et iterum contuli totum. — In prima pagina legitur: *iste liber est ecclesie sancti Launomari*, id est S. Lomer oppidi Blois, provenitque igitur ex eadem ipsa bibliotheca, cuius olim fuit liber

nunc Parisinus 6810 infra recensendus. subscribitur in eadem pagina: *ex bibliotheca Mazarina Gabriel Naudaeus.* — Deficientibus quaternionibus duobus primis incipit hodie p. 30, 20 a verbis *Cato princeps:* praeterea folium paenultimum lacerum est. — Codex scriptus multo neglegentius praecedente neque adeo immunis ab interpolationibus sibi propriis (ita expulit deponens *honorari* p. 32, 9; cf. p. 42, 1. 237, 25) tamen satis utilis est et interdum emendatior etiam Leidensi, ut p. 59, 16 (ubi solus verum servavit). 79, 5. 121, 14. 235, 15, denique eo commendatur, quod caret lituris, id quod rarum est in codicibus Solinianis antiquioribus, itaque saepe ea proponit quae erasa sunt e Leidensi.

B: ***Basileensis*** F. II. 33 saec. XIV membr., quem excussit diligentissime Rothius a 1859. perierunt folia quattuor, quibus continebantur p. 81, 16 ***religiosissime*** — p. 98, 11 ***inueniuntur*** et c. 22, 16 sive p. 234, 14 ***homine*** — p. 131, 9 ***incremento.*** codex ut aetatis est recentis, ita vitiis scatet neque a contaminatione alienus est: nam quibusdam locis praeter suae classis lectionem etiam interpolatam exhibet (v. p. 14, 6. 8. 28, 7). quod tamen ita rarum est, ut ubi aut *L* aut *G* deficit ubive inter se discrepant, non sine utilitate hunc codicem adhibuerim. plenam tamen varietatem non dedi et huic libro proprios errores suppressi omnes, ut de eius lectione ex silentio nequaquam coniectura capienda sit. descriptus autem est ex archetypo tam a Lugdunensi diverso quam a Guelferbytano; nam facit modo cum *L* contra *G* e. c. p. 32, 9. 22. 23. 63, 14, modo cum *G* contra *L* tam in bonis lectionibus, ut p. 59, 16. 79, 5. 235, 15, quam in erroribus p. 31, 16. 71, 14.

l: ***Leidensis L pars extrema*** scripta saec. XIII, quae incipit p. 212, 6 ***paulo.*** idem de hoc supplemento dicendum quod dictum est de libro Basileensi similiterque id adhibuimus.

IV. CODICVM ORDO TERTIVS INTERPOLATORVM ET CONTAMINATORVM.

S: *Sangallensis* n. 187 saec. X. excussit Rothius a. 1859, qui adnotavit citare hunc librum 'venerandae vetustatis' nuper ex bibliotheca Sangallensi sibi impetratum Vadianum contra Camertem (Sangalli 1521) c. 4. 10.

A: *Angelomontanus* sive bibliothecae monasterii Engelberg Unterwaldensis signatus n. I. 4. 15, saec. X. excussit eum eodem anno Rothius. foliis duobus excisis desiderantur hodie p. 67, 10 *qui eos* — 69, 21 *res est*, item p. 181, 20 *et Pamphylium* — 183, 20 *Phrygia ab.*

F: *Florentinus* Laurentianus plut. XX sin. n. 2, olim ecclesiae S. Crucis, saec. XI vel XII, Partheio iubente collatus a Theodoro Heysio. simillimus Angelomontani sed multo magis corruptus non adhibitus est nisi ubi hic deficit. secunda manus adscripsit lectiones codicum classis secundae, quas omisi.

P: *Parisinus* 6810 saec. X, continens post Solinum 'libellum de vita et moribus imperatorum breviatum ex libris Sexti Aurelii Victōr a Caesare Aug. usque ad Theodosium'. praefatio altera cum indice capitulorum scripta est manu eadem in folio solitario praefixo primo quaternioni, qui quaternio incipit a praefatione genuina. contuli Berolini, quo codex missus est nostra causa a bibliothecae imperatoriae praefectis et magno nostro commodo tamdiu retentus, quamdiu prela editio exercuit. — Initio legitur '*iste liber est ecclesie sancti Launomari*' fuitque igitur in eadem bibliotheca Blesensi, unde venit supra recensitus Guelferbytanus. hic est quem Salmasius 'optimum regium' appellat quemque praecipuum suae editionis fundamentum esse voluit. nos lectionem manus primae diligenter rettulimus receptis etiam variis lectionibus omnibus quas eadem manus inter versus vel ad marginem adscripsit; contra correctiones manus recentio-

ris factas ad codicem familiae secundae vulgarem neque ullo nomine memorabiles suppressimus omnes vel certe plerasque; nam in aetatis diversae adnotationibus paucarum saepe litterarum distinguendis difficile est, ne oculi calamusve subinde fallant.

Numeri [1 2] adiecti ad codicis notam significant lectionem notatam[1] primum scriptam fuisse, alteram notatam[2] aut ad marginem adscriptam aut emendationis loco substitutam esse ab eadem manu. ubi codicis cuiusdam lectio indicatur cum nota prioris aut posterioris neque adicitur lectio alterutra, haec consentit cum editione.

* *asterisco* notavimus locos emendatos coniectura.

] in varia lectione indicanda distinguit verba recepta in textum.

In variam lectionem non admisi orthographica, nisi quod in nominibus propriis praesertim rarioribus etiam ad talia attendi. ubi rettuli variam lectionem, retinui ut par erat librorum barbarismos, ita tamen ut ubi plurium librorum scriptura referenda esset in ipsa lectione consentientium, dissentientium vero in orthographia, hanc raro notarem. ita ubi *quae* attuli ex libris pluribus, fieri potest, ut in horum quibusdam legatur *que,* et sic deinceps. aliquoties talem diversitatem ita indicavi, ut *h* litteram modo positam modo omissam parenthesi circumscriberem, libris inter *y* et *i* fluctuantibus post *y* insererem *(i).* talia neminem opinor fallent.

LIBRI EXAMINATI NEQVE ADHIBITI.

I. · CLASSIS PRIMAE.

1) *Casinas n. 391* (841) saec. XII teste Wattenbachio (Mon. Germ. SS. 7, 795): undecimi autem dixerunt qui nostra causa inde sumpta specimina perpauca miserunt Durieu et Detlefsen. de inscriptione et subscriptione non constat, lectiones autem quas novimus omnino codicem vindicant huic classi. dignus est qui conferatur, cum propter aetatem ut in hac familia satis vetustam tum propter lectiones quasdam singulares, ut p. 4, 3 *quaeque;* p. 8, 5 *muscarum;* p. 18, 15 *salonis;* p. 19, 14 *dein imminet ex;* p. 26, 5 *salaminam;* p. 27, 10 *LX;* p. 27, 14 *exeunte classe.*

2) *Parisinus n. 6813* saec. XII (sed deficiunt inter f. 10 et 11 p. 77, 11 *praeit* — p. 136, 19 *detur* neque omnia scripta sunt manu eadem) scriptus opinor in Germania (nam initio legitur: *sassonia aluerstat ciuitas. bodanū pat. analt castrum*). examinavi ego. inscriptione caret, subscriptum: *Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligencia domini Theodosii inuictissimi principis.* desunt item p. 164, 14—18 et p. 229, 8 sq. quae non habet haec classis. denique lectiones plane sunt eius.

3) *Parisinus n. 6833* (antea Bigotianus 340; in ipso libro praeterea legitur: *istum librum legauit māgr Iohā Gruelli Ebroicēn*) saec. XII. inspexi ego. post praefationem legitur: *Iulius Solinus de memorabilibus incipit feliciter;* in fine: *Iulius Solinus de memorabilibus explicit feliciter. studio et diligentia domni Theodosii inuictissimi principis.* contuli speciminis causa c. 22 nec rep-

peri codicem diversum ab *H* nisi locis his: p. 112, 16 *pecora;* 20 *obliniunt;* p. 114, 6 *fretu* ut *h;* 16 *circumitus;* p. 115, 16 *mage* ut Bern.

4) *Vaticanus Regius n. 1643* saec. XIII. contulit iussu Partheii Detlefsen integrum. inscribitur: *incipit Solinus de mirabilibus mundi et de situ terrarum;* subscribitur: *explicit Solinus de m. m. et d. s. t.* liber non tam contaminatus (nam non adsunt in capite de Britannia interpolationes et ne hiatus quidem ingens p. 229, 8 sq. expletus est) quam multis propriis erroribus inquinatus et omnino vel Bernensi, nedum Heidelbergensi longe inferior.

5) *Leidensis publ. 68* saec. XIII. habuimus Berolini. descriptus videtur esse ex Bernensi, quocum et in lectionibus consentit et in epistula praemissa pro Advento inscripta Constantio.

6) *Parisinus 5719* saec. XIV. inspexi ego. inscriptus est ante praefationem: *incipit Solinus de mirabilibus sive memoralibus mundi;* post praefationem: *Gai Iulii Solini cognomento poliphistoris de mir̄ sive de mem̄ mundi liber incipit studio et diligentia Theodosii imperatoris;* subscriptio fere periit. praeter Polyhistoris nomen quantum vidi librarius ab interpolatione abstinuit et familiae primae codicem neglegenter, sed simpliciter expressit.

7) *Vaticanus 1931* saec. XV ineuntis. specimina misit Detlefsen. subscriptio Theodosiana adest.

Ad huius maxime generis librum repertum in bibliotheca Dominicalium Burdegalensium Elias Vinetus editionem suam (Pictavii 1554. 8) castigavit, quamquam etiam alterum habuit ex eadem bibliotheca recentiorem et secundum ea, quae de eo refert Vinetus, classis tertiae. subscriptum fuit in vetustiore illo: *Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligentia domini Theodosii invictissimi principis;* continuit praeter Solinum Florum

et Eutropium, quos pariter ad eundem librum Vinetus recensuit. quod si quis in hunc librum inciderit, inventum ne supprimito.

II. CLASSIS SECVNDAE.

1) *Parisinus 7230 A* antea Noalliensis saec. X incip.; *'Waldiaudus clericus hunc librum scripsit'* (cf. praef. Partheii et Pinderi ad itin. Anton. p. XIV). specimina misit Detlefsen. liber perbonus, sed Guelferbytano nostro (v. p. 35, 6) ita simillimus, ut vix quidquam ex hoc proficiatur. subscriptionem, quae eadem est in hoc libro et in tribus qui sequuntur, rettulimus p. XXXV. secunda manus in hoc quoque pariter ut in *L* nostro, sed tantum usque ad medium circiter, adscripsit lectiones familiae interpolatae eas ipsas fere, quae leguntur in *P* nostro (ut e. c. p. 52, 3 *aut molliunt* et p. 114, 6 *euripo*, quae ex nostris *P* habet solus, in hoc codice leguntur supra versum). Cf. p. LVI not.

2) *Parisinus 7230* saec. X; *'liber sancti Dionisii'*, quam originem testuntur praeterea praescriptum *'praeceptum Dagoberti de fugitivis ad ecclesiam sancti Dionysii'* et index rerum pretiosarum in fine perscriptus cum titulo *'hec accepit Odo rex de thesauro sancti Dyonisii'*. specimina misit item Detlefsen. liber item bonus, sed Leidensi fere gemellus nec raro inferior, praeterea mutilus et madore situque corruptus. propriam habet liber interpolationem de insulis Hiberniae alio ac in reliquis loco in textum receptam, qua de re supra p. XLVIII egimus. subscriptionem rettulimus p. XXXV, item de indiculo huic libro praescripto diximus p. XXXVIII.

3) *Leidensis Voss. Q.* 29 saec. X; in fine legitur: ΔωΔωC. ZPHΠCHT, id est *Dodo scripsit.* habui Berolini. liber bonus ad instar Guelferbytani. subscriptionem supra p. XXXV rettuli.

4) ***Monacensis 6384*** sive Frisingensis 184 saec. X. habuimus Berolini. simillimus omnino et tribus prioribus et Guelferbytano. subscriptio item legitur supra p. XXXV.

5) ***Parisinus 6831*** saec. X, antea P. Pithoei et Iac. Aug. Thuani. inspexi ego. inscriptionem supra p. XXXV proposui. in fine carmina habet solus ex hac classe (v. p. XL). hoc libro usus est Bongarsius (v. p. XCII).

6) ***Leidensis publ. 113*** saec. XI. habui Berolini. adest indiculus idem qui est in Parisino 7230. ut aetate ita bonitate a praecedentibus longe distat.

7) ***Parisinus 7231*** saec. XII.

8) ***Parisinus 6811*** saec. XIII, dono datus a D. Gothofredo fratribus Puteanis.

9) ***Parisinus 6817*** saec. XV.

10) ***Parisinus 6835*** saec. XV.

11) ***Vaticanus Regius 1534*** saec. XV exeuntis, habens quidem et Polyhistoris inscriptionem et praefationem interpolatoris, praeterea vero non tertiae classis, sed secundae.

Eiusdem generis fuit codex Iusti Lipsii saec. XII, quo praecipue usus est Delrius in editione (Antverpiae 1572) curanda (cf. Delrius in praefatione et Lipsius in epist. quaest. 3, 21), nequaquam eximius nec fortasse diversus a Leidensi publ. 113.

III. INTERPOLATI ET CONTAMINATI.

Romanus Sessorianus n. 16 saec. X (?) vel XI. egit de eo Prellerus (*Zeitschrift für Alterthumswissenschaft* 1847 p. 209 sq.): specimina misit Reifferscheid. repraesentat recensionem interpolatam plenam cum praefatione utraque, eximium autem nihil habere visus est.

Autunensis n. 39 saec. XI secundum ea quae de eo dicuntur in catalogo bibliothecarum publicarum quae

sunt in provinciis Gallicis 1 p. 22 omnino descriptus ex Parisino 6810 (v. supra p. XL).

Leidensis Voss. Q. 56 saec. XII, antea Melch. Theve noti. habuimus Berolini. liber contaminatus ex classe prima et secunda. illam in textu sequitur satis accurate adestque additamentum ei proprium ad p. 115, 12, item subscriptio Theodosiana corrupta (unde etiam inscribitur: *incipit tractatus Iulii Solini de memoralibus mundi editus mandato Theodosii principis*), sed accesserunt in capite de Britannia quae addit classis secunda, ita ut p. 114, 14 post *perinde dies nullus,* quod retentum est ex ordine primo, transitus fiat ad secundum: *dies adeo conductus* et quae sequuntur. tertiae classis vestigium repperi tantum hoc, quod p. 167, 14 post *contrahunt* non repetitur quidem locus de cinnamo, sed tamen inseruntur haec: *est et cinnamomum.*

Monacensis 4611 sive Benedictoburanus n. 111 saec. XII. habuimus Berolini. liber Angelomontano comparandus, sed ei inferior.

Monacensis 14632 sive Ratisponensis S. Emmerami G, 16 saec. XII. *Monacensis* 17207 sive Scheftlariensis 207 saec. XII. *Monacensis* 17208 sive Scheftlariensis 208 saec. XII.	examinavit Halmius: sunt exempla non satis emendata recensionis interpolatae.

Parisinus n. 4873 saec. XII vel XIII. inspexi ego, specimina sumpsit Detlefsen. inscribitur ante praefationem interpolatoris: *incipit liber poliistor Iulii Solini,* ante praefationem alteram: *incipit Iulii Solini collectio rerum memorabilium.* recensionem exhibet interpolatam ita, ut ex classe secunda multa servet.

Dresdensis J. 43, antea monasterii Altzelle, saec. XIII. excussit totum Partheius. est ex genere Angelomontani similiumque, sed longe deterior.

Leidensis publ. 124 saec. XIII. habuimus Berolini. deest praefatio utraque, sed tam inscriptio et subscrip-

tio quam lectiones librum adsignant familiae interpolatae.

Vaticanus Regius 1478 chartaceus saec. XV, in fine Solini habens subscriptum nomen Iohannis Nobleti, initio sic notatus: *Io. Camerarii de Dalburg episcopi Wormatiensis,* praeterea: *Nu. 203 N. P. 1656* et infra: *volumen CC^m non Petauianum.* enotavit inde Detlefsen subscriptionem Solinianam, quae triplex est pariter ac in Parisino nostro 6810, una cum versibus (cf. p. XL), qui item in hoc libro subscriptionem excipiunt quorumque causa paulo diligentius commemoravi librum praeterea plane inutilem, ut qui descriptus videatur ex Parisino 6810.

Constat denique de permultis libris maxime saec. XIV et XV eos esse ordinis huius propter nomen polyhistoris praefationemque duplicem, ut de Parisinis 1702 (anni 1396). 4917 (saec. XIII). 6814. 6815. 6816. 6836. 7594. 11206; Parisino Navarrensi 6; Vaticano 1933; Bononiensi universitatis n. 73 sive aul. II. A. 115; Patavino universitatis n. 1234; Florentino Laurentiano plut. 66 n. 19: de quibus omnibus sperandum est, ne cui tam vacet, ut in eos accuratius inquirat.

Restant libri quorum copia quidem nobis non defuit, sed qui tam exiguam de se spem facerent, ut in iis ne id quidem tempus me aliosve terere vellem quo opus fuisset ad familiam explorandam. sunt autem fere hi saec. XIV vel XV omnes: Parisini 6832. 6834. 6843; Parisini *Notre Dame* 258 et *S. Germain* 1389; Lugdunenses publ. 13 et Voss. Q. 11, item Geeliani catalogi n. 415. 510; Vindobonenses n. 249. 250 catalogi Endlicheriani; Monacenses Lat. 327. 5339; Darmstadiensis 737; Florentinus Laurentianus plut. 29 n. 35; Perusinus cod. D n. 32 et si qui sunt eius generis alii. denique de bibliothecis insignioribus

iis quae non pervestigatae sunt huius editionis causa, maxime de Bruxellensi, de Gallicis praeter Parisinam, de Anglicis, de Hispanicis, de Mediolanensi et Neapolitana et Italiae minoribus quae rescivimus ex catalogis editis scriptisve quorum copia fuit, ea nullam abditi thesauri nobis suspicionem moverunt: quamquam fortasse operam non omnino perdet qui examinabit Bruxellis libros n. 10066. 10862. 18679; in oppido Montpellier cod. H. 121; in oppido S. Mihiel codicem n. 80; Londini Harleianos n. 2604. 2645. 3859. 5373, Burneianum n. 256; Bononiae in bibliotheca universitatis n. 186 librum recentem, sed ob similitudinem inscriptionis cum Parisino 6831 aliquo examine non prorsus indignum; Florentiae in Laurentiana codicem n. 209 olim S. Marci ex hereditate Nicolai de Nicolis saeculi XI. — Sprevimus item editiones cum notis adscriptis virorum doctorum Frid. Lindenbrogii (ad ed. Basil. a. 1557, hodie bibliothecae Gottingensis; cf. Lessing opp. ed. Lachmann. 11, 302); Iac. Bongarsii (ad ed. Vineti a. 1554, hodie bibliothecae Bernensis W. 35) usi libro Pithoeano, quem ex iis quae ex Bongarsianis enotavit Rothius intellexi esse librum Parisinum 6831; ignoti cuiusdam (ad ed. Iunt. a. 1526, hodie bibl. senatoriae Lipsiensis rep. I. 8. 89). — Excerpta Soliniana cum non raro offendantur in libris scriptis, eorum quae examinavi, ut quae leguntur in Guelferbytanis Gud. 133 (saeculi X) et Aug. 8, in Vindobonensi n. 891 sive Endlicheri n. 420, in Basileensi apud Haenelium p. 549, in Monacensi 14714 sive Ratisponensi S. Emmerami G. 98, in Parisino n. 6817, ea neque aetate vincunt libros integros neque ullius usus sunt. Gudiani libri modo memorati excerpta descendunt ex codice familiae interpolatae multis denuo temere mutatis a breviatore. nec magis quaesivi aut epitomen hexametricam Solinianam scriptam saec. X, quam a Marquardo Frehero habuit Salmasius (v. eius exerc. p. 20. 25 al. et Vossius de hist. lat. l. III s. v. Solini), eam ipsam fortasse, quam sub nomine Theodo-

rici cuiusdam recenset index bibliothecae Bruxellensis (cod. 8891 saec. XII; cod. 10712 item saec. XII) incipientem verbis ***Auribus aut oculis non totus***, aut eam quam 'Solini de miraculis' confecisse se scribit Petrus Diaconus saeculo XII (Mon. Germ. SS. 7, 795, ubi in nota citatus liber scriptus bibliothecae Casinatis Solinum exhibet integrum, non epitomatum). multo minus curavi quae apud auctores qui vixerunt post saeculum nonum, ut apud Iohannem Sarisberiensem, Guidonem Ravennatem, alios repperiuntur excerpta ex Solino. — Editiones denique, quamquam earum non paucas collatas inveni inter Rothiana una cum collectaneis de ipsis bibliophilo magis quam critico commendandis, omisi omnes. pauci enim hodie credent anonymo, Dodwello opinor (***hist. crit. de la république des lettres*** Amstelaedami 1717 vol. 14 p. 1—37), multis ut solet verbis editionem Solini principem commendanti suadentique ad eam normam ut Solinus denuo recenseatur. sane neque haec nec quas usurpavi reliquae quidquam continent, quod non sit in libris scriptis iis quos adhibuimus nec sit erratum. neque omnino quisquam ex editoribus idoneum apparatum criticum sibi comparavit praeter Salmasium, qui quibus libris praecipue usus est, eos ipsos nos denuo adhibuimus. nam cum antiquissimae editiones factae essent ad libros vulgares ex genere contaminatorum, qui Solinum recognorunt saeculo decimo sexto Ioh. ***Camers*** (1520), Elias ***Vinetus*** (1554), Martinus ***Delrio*** (1572) singulis fere libris ita se addixerunt, ut ex scripto libro et vulgata nescio quam hybridam recensionem efficerent. addi his potest Mariangelus Accursius, qui in diatribis (Rom. 1524 fol.) Solinum multis locis castigavit usus libris Vaticanis et Palatinis suoque, sed pessimis omnibus. his magis instructus Salmasius (1629) cum doctrinae tum librorum copia tamen et ipse non ea qua par est constantia Solinum recognovit neque indicavit in commentario nisi variam lectionem quae sibi potior videretur. post

Salmasium autem Solinus neglectus fere iacuit, nisi quod Oudendorpius in Appuleio adnotando saepe usus est libris Solini Leidensibus diligenter a se collatis (v. de collectaneis eius in Solinum catalogus Leidensis Geelianus p. 173 n. 577). at hisce omnibus hodie facile carebimus, nisi quod editionibus Salmasianis, quarum citavi alteram Traiectinam a. 1689, sua utilitas et sua laus deinceps etiam constabit propter commentarios, opus doctrinae molestae quidem saepe, sed tamen perfectae et incomparabilis.

CORRIGENDA.

p. 5 adn. v. 2 pro *H* lege *h*.
p. 8, 2 adde in marg.: cf. Pl. 10, 79.
p. 10, 8 *sepultus s. I.* insiticium videtur, v. praef. p. XLIX sq.
p. 19, 15 *ea propter* — *noceatur* insiticium videtur, v. praef. p. XLIX sq.
p. 54, 19—55, 4 *mirum* — *dissolvitur* insiticium videtur, v. praef. p. L sq.
p. 70, 3 lineolas ‖ dele.
p. 87, 3 a fine: quoquo eant *SA*.
p. 87, 6 pro *Maeoti* scr. *Maeotis*.
p. 164, 14—18 *condita* ... *appellant* insiticium videtur, v. praef. p. L sq.
p. 207, 26 (*conf.* 12) *auct.* dele.
p. 209, 1 pro PL. scr. ION.
p. 220 adn. v. 6 lege: iudicatur *h*.

C. IVLII SOLINI

COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM

SIVE POLYHISTOR.

C. IVLII SOLINI
COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM.

SOLINVS ADVENTO SALVTEM.

Cum et aurium clementia et optimarum artium 1
studiis praestare te ceteris sentiam idque oppido ex-
pertus de benivolentia tua nihil temere praeceperim,
reputavi examen opusculi istius tibi potissimum dare,
cuius vel industria promptius suffragium vel beni-
gnitas veniam spondebat faciliorem. liber est ad con- 2
pendium praeparatus, quantumque ratio passa est ita
moderate repressus, ut nec prodiga sit in eo copia
nec damnosa concinnitas. cui si animum propius in-
tenderis, velut fermentum cognitionis magis inesse
quam bratteas eloquentiae deprehendes. exquisitis 3
enim aliquot voluminibus studuisse me inpendio fa-
teor, ut et a notioribus referrem pedem et remotis
largius inmorarer. locorum commemoratio plurimum
tenet, in quam partem ferme inclinatior est universa

De operis inscriptione vide praefationem.

3 solinus aduento salutem] *LSAP*, iulius s. a. sal. *H*, c. iulius solinus constantio suo salutem *Bern.*, *om. B* 6 praeceperim] *LBP*, praeciperem *S*, perceperim *H*, percipere me *A* 7 istius tibi pot.] huius postissimum *S* 9 spondeat *P* 11 in ea sit *A* 12 animam *h* ‖ proprius *S* 13 inesse] *HSA*, ei inesse *LBP* 14 eloq. br. *AP* ‖ deprehendis *A* 16 ut et a notioribus *a m.* 1 *in litura repositum in L, id quod aliis locis similiter accidit* ‖ a *om. S* 18 quam partem] *LBP*, qua parte *HSA*

materies. quorum commeminisse ita visum est, ut in-
clitos terrarum situs et insignes tractus maris, servata
orbis distinctione, suo quaeque ordine redderemus.
4 inseruimus et pleraque differenter congruentia, ut si
nihil aliud, saltem varietas ipsa legentium fastidio me-
deretur. inter haec hominum et aliorum animalium
naturas expressimus. addita pauca de arboribus exo-
ticis, de extimarum gentium formis, de ritu dissono
5 abditarum nationum, nonnulla etiam digna memoratu,
quae praetermittere incuriosum videbatur quorumque
auctoritas, quod cum primis industriae tuae insinuatum
velim, de scriptoribus manat receptissimis. quid enim
proprium nostrum esse possit, cum nihil omiserit anti-
quitatis diligentia, quod intactum ad hoc usque aevi
permaneret? quapropter quaeso, ne de praesenti tem-
pore editionis huius fidem libres, quoniam quidem ves-
tigia monetae veteris persecuti opiniones universas
6 eligere maluimus potius quam innovare. ita si qua
ex istis secus quam opto in animum tuum venerint,
des velim infantiae meae veniam. constantia veritatis
7 penes eos est quos secuti sumus. sicut ergo qui cor-
porum formas aemulantur, postpositis quae reliqua
sunt, ante omnia effigiant modum capitis, nec prius
lineas destinant in membra alia, quam ab ipsa ut ita
dixerim figurarum arce auspicium faciant inchoandi,
nos quoque a capite orbis, id est ab urbe Roma
principium capessemus, quamvis nihil super ea doc-

1 commeminisse] *LBP*, meminisse *HSA* 2 insignis *h* 3 quoque *H* 5 uarietas saltim *A* 7 et lapidibus *post* arb. *ins.* *AP* 10 que *om.* *S* 11 quod — 12 uelim] quod ante omnia dimittere in pectus tuum uelim AP^2, *itaque in mg. m.* 2 *L praescribens:* glosa est 13 p. u. e. p.] afferre nouum possumus *A*, adferre nouum possimus P^2 ‖ amiserit *S* 14 intantum *S* 16 libris *S* 17 uniuersas *om.* *P* 19 in animum tuum uenerint] $LBSP^1$, in animum uenerint *H*, acceperis AP^2 20 constantia] $HSAP^1$, nam constantia LBP^2 21 ergo] *LBHP*, ergo hi *SA* 22 postpositis q. r. sunt *om.* P^1, *add.* P^2 25 arte *BA* 26 a *om.* *LP* 27 quamuis] quamlibet *A*.

tissimi auctores reliquerint, quod in novum praeconium possit suscitari, ac supervacuum paene sit relegere tramitem decursum tot annalibus. ne tamen 8
prorsus dissimulata sit, originem eius quanta valemus persequemur fide.

1 doct. a. r.] reliqui fecerint auctores doctissimi P^2 ‖ in *supra v.* *L* *et supra v.* *H* 1 2 nouum praeconium] *BHSA*, nouum nostrum praeconium *LP*[1], praeconium subitum P^2 3 nec *S* 5 prosequemur *H* ‖ explicit prologus *A*

1, 1 Sunt qui videri velint, Romae vocabulum ab ION.
Euandro primum datum, cum oppidum ibi offendis-
set, quod extructum antea Valentiam dixerat iuventus
Latina, servataque significatione inpositi prius nominis,
Romam graece Valentiam nominatam. quam Arcades
quoniam habitassent in excelsa parte montis, deriva-
tum deinceps, ut tutissima urbium arces vocarentur.
2 Heraclidi placet, Troia capta quosdam ex Achivis in
ea loca ubi nunc Roma est devenisse per Tiberim,
deinde suadente Rome nobilissima captivarum quae
his comes erat, incensis navibus posuisse sedes, instru-
3 xisse moenia et oppidum ab ea Romen vocavisse. Aga-
thocles scribit, Romen non captivam fuisse, ut supra
dictum est, sed Ascanio natam Aeneae neptem appel-
4 lationis istius causam fuisse. || traditur etiam proprium PL. 3, 65
Romae nomen, verum tamen vetitum publicari, quo-
niam quidem quo minus enuntiaretur caerimoniarum
arcana sanxerunt, ut hoc pacto notitiam eius aboleret

v. 1 sunt — 5 nominatam: *similia Atteius apud Serv. Aen.* 1, 273 *et ex historia Cumana Fest. p.* 266 *v. Romam.* ‖ 8 Heraclidi *cf. Müller fr. hist. Graec.* 3 *p.* 168 ‖ 12 Agathocles *cf. Müller fr. hist. Graec.* 4 *p.* 290.

3 extraneum *A* 6 in exc. p. m. hab. *A* 6 7 diriuatum *SA* 8 archiuis *h* 10 capitauarum *S* 11 eis *h* 11 12 instruxisse] struxisse *H* 12 romén *cum apice L ut infra p.* 7, 20 megaléu ‖ uocasse *h* 13 14 ut s. d. est fuisse *A* 14 ascanio] *HSA*, ab ascanio *LBP* 16 uerum tamen uetitum (uentitum *S*)] *HSA*, et uerum magis quod numquam in uulgum uenit sed uetitum *LB et ita, sed* et uerum magis *et* sed *supra versum, P* 17 enuntiarentur *S*, inclaresceret *A*, inclarescerent P^2 18 sanxerint *S*

PL. fides placitae taciturnitatis, Valerium denique Sora- 1, 5
uum, quod contra interdictum eloqui id ausus foret,
ob merituin profanae vocis neci datum. inter antiquis- 6
simas sane religiones sacellum colitur Augeronae, cui
sacrificatur ante diem XII k. Ian.: quae diva praesul
silentii ipsius praenexo obsignatoque ore simulacrum
habet.

IGN. ‖ De temporibus urbis conditae ambiguitatum quae- 7
stiones excitavit, quod quaedam ibi multo ante Romu-
lum culta sint. quippe aram Hercules, quam voverat si
amissas boves repperisset, punito Caeo patri Inven-
tori dicavit. qui Cacus habitavit locum, cui Salinae 8
nomen est: ubi Trigemina nunc porta. hic, ut Gel-
lius tradit, cum a Tarchone Tyrrheno, ad quem le-
gatus venerat missu Marsyae regis, socio Megale
Phryge, custodiae foret datus, frustratus vincula et
unde venerat redux, praesidiis amplioribus occupato
circa Vulturnum et Campaniam regno, dum attrectare
etiam ea audet, quae concesserant in Arcadum iura,
duce Hercule qui tunc forte aderat oppressus est. Me- 9
galen Sabini receperunt, disciplinam augurandi ab eo
docti. suo quoque numini idem Hercules instituit aram, 10
quae maxima apud pontifices habetur, cum se ex Ni-
costrate, Euandri matre, quae a vaticinio Carmentis
dicta est, immortalem conperisset. consaeptum etiam,

1 placidae *H* 2 eloqui id] *LB*, eloquii id *S*, eloquium *H*, id eloqui *AP* 5 xu kl̄m ian̄rum *L similiterque ceteri libri* 6 ipsius] *HSA*, istius *LBP* 8 de t. u. c. *pro rubrica LBHS, fortasse recte*; *om. versu vacuo relicto P* ‖ ambiguitatem *A* 10 cultura *A* ‖ sint *BP*, si.. L^1, sit L^2*HSA* ‖ aram (harum *h*) hercules (herculis *A*)] *HSA*, ante aram herculis (-les *P*) *LBP* ‖ nouerat P^1, *em.* P^2 12 dictauit *S* 13 14 gellius] *LBP*, cellius *HSA*; *male* Coelius *edd. nec quicquam huc pertinet locus Strabonis* 5, 230 14 tradidit *S Bern.* ‖ ad *S.* ‖ tharcone *LBS.* ‖ ..terrheno L^1 15 missus *S*, iussu *h*, missu missa *Bern.* 16 frige *libri* 17 reduxit *B* (*ex* redux' *commate pro nota accepto*) *A* 18 19 attr. et. ea aud.] adtractat (attrectat *P*) etiam ea *AP* 20 tum *HS* ‖ ad.era.t *L* ‖ est *om. A* 22 dicti *S*, edocti *H*

intra quod ritus sacrorum, factis bovicidiis, docuit Po- IGN.
titios, sacellum Herculi in Boario foro est, in quo ar-
1, 11 gumenta et convivii et maiestatis ipsius remanent. nam
divinitus neque muscis illo neque canibus ingressus
est. etenim cum viscerationem sacricolis daret, *Myia-
grum deum dicitur inprecatus, clavam vero in aditu
reliquisse, cuius olfactu refugerunt canes: id usque
12 nunc durat. aedem etiam, quae Saturni aerarium fer-
tur, comites eius condiderunt in honorem Saturni, quem
cultorem regionis illius cognoverant extitisse. iidem
13 et montem Capitolinum Saturnium nominaverunt. ca-
stelli quoque quod excitaverunt portam appellaverunt
Saturniam, quae postmodum Pandana vocitata est.
pars etiam infima Capitolini montis habitaculum Car-
mentae fuit, ubi Carmentis nunc fanum est, a qua
14 Carmentali portae nomen datum. Palatium nemo du-
bitaverit quin Arcadas habeat auctores, a quibus pri-
mum Pallanteum oppidum conditum: quod aliquamdiu
Aborigines habitarunt, propter incommodum vicinae
paludis, quam praeterfluens Tiberis fecerat, profecti
15 Reate postmodum reliquerunt. sunt qui velint a
balatibus ovium mutata littera, vel a Pale pastorali

v. 16 Palatium — 18 conditum *compilavit Isidorus* 15, 3, 5.

1 ouicidiis L^1 1 2 potitios] L^1P, poticios *B*, poetitios L^2HS, poeticios *A* 2 sacellum] *HSA*, hoc sacellum *LBP* ‖ bouario *A* 3 couuiuii et] *LBAP*, conuiuiae *S Bern.*, conuiae *h* ‖ remanet *S*, remanerent *A* 5 sacricolis daret] *LBA*, sacrificolis daret *P*, sacrificii (sacricii *Bern.*) litaret *HS* 5 6 myagrum *LA*, ouagrum *B*, miagrum *HS*, migarum *P et sic super v. B* 6 clauam *S*, clauim *H* 7 olfactu] *HSA*, olfactum *LBP* ‖ refugieruut *A* 8 ediam *S* 9 honore *LBP* 10 agnoueraut *A* ‖ idem *LBAP*, item *HS* 11 capitolium *SA* 12 excitauerat *A* 13 uocata *H* 14 15 carmentae *sive* -te *libri, sed* ae *L in litura;* Carmeuti *Salm.* 15 ubi] ubi et *A* 16 datum] *LBH*, datum est *SAP* 17 arcades *A* 18 couditum *om. L solus ex nostris* 19 aborigine *SA* ‖ habitaruut] *LS Bern.*, habitaueruut *hA*, habitatum *BP* 20 propter fluens *H*

1GN. dea, aut ut Silenus probat a Palantho Hyperborei
filia, quam Hercules ibi conpressisse visus est, no-
men monti adoptatum.
Sed quamquam ista sic congruant, palam est pros- 1, 16
pero illi augurio deberi gloriam Romani nominis, ma-
xime cum annorum ratio faciat cardinem veritati: nam, 17
ut adfirmat Varro auctor diligentissimus, Romam con-
didit Romulus, Marte genitus et Rea Silvia, vel ut
nonnulli Marte et Ilia: dictaque primum est Roma
quadrata, quod ad aequilibrium foret posita. ea in- 18
cipit a silva quae est in area Apollinis, et ad super-
cilium scalarum Caci habet terminum, ubi tugurium
fuit Faustuli. ibi Romulus mansitavit, qui auspicato
murorum fundamenta iecit duodeviginti natus annos,
XI k. Mai., hora post secundam ante tertiam plenam,
sicut L. Tarruntius prodidit mathematicorum nobilis-
simus, Iove in piscibus, Saturno Venere Marte Mer-
curio in scorpione, Sole in tauro, Luna in libra con-
stitutis. et observatum deinceps, ne qua hostia Pari- 19
libus caederetur, ut dies iste a sanguine purus esset,
cuius significationem de partu Iliae tractam volunt.
idem Romulus regnavit annos septem et triginta. de 20
Caeninensibus egit primum triumphum, et Acroni regi
eorum detraxit spolia, quae Iovi Feretrio primus sus-
pendit et opima dixit. rursum de Antemnatibus trium-
phavit, de Veientibus tertio. apud Caprae paludem
nonis Quintilibus apparere desiit.

v. 1 Silenus *Müller fr. hist. Gr.* 3, 100. ‖ 26 apud — 27 desiit *ex* Solino in collectaneis *citant ad Lucan.* 1, 197 *scholia codicis Wittiani vix aetatis antiquae.*

1 palantho] palanto *H*, palanthe *S* ‖ yperbone *h*, yperbore *Bern.* 4 ita *P* 5 r. n. gl. *AP* 8 rea] *S*, rhea *LAP*, hrea *H*, hera *B* 9 est *om. A* 10 11 incipit a] in cipria *H* 15 plenam] *LBP*², vel *H*, *om. SAP*¹ 16 lucius] *SAP et in litura m.* 2 *L*, *om. BH* ‖ tarruntius *LS*, terentius (*suprascr.* taruncius) *B*, arruntius *HP* ‖ prodit *h* 18 in *ante* libra *om. S* 21 patu *h* ‖ iliae] die *A* ‖ tractum *H* 22 annis *h* 22 23 de caeninensibus] *L*, de caeniensibus *P*¹, decem mensibus *B*, decaninensibus *SHA*, de caninis *P*² 26 caprae] *LHS*, capre *A*, capriae *P*¹, capree *BP*² 27 conparere *P*¹ ‖ desiit *A*.

1, 21 Ceteri reges quibus locis habitaverunt dicemus. IGN.
Tatius in arce, ubi nunc aedes est Iunonis Monetae:
qui anno quinto quam ingressus urbem fuerat a Lau-
rentibus interemptus est. septima et vicesima olym-
piade hominem exivit. Numa in colle primum Quiri-
nali, deinde propter aedem Vestae in regia quae adhuc
ita appellatur: qui regnavit annis tribus et quadra-
22 ginta: sepultus sub Ianiculo. Tullus Hostilius in Ve-
lia, ubi postea deum Penatium aedes facta est: qui
regnavit annos duos et triginta, obiit olympiade quinta
23 et tricesima. Ancus Marcius in summa sacra via, ubi
aedes Larum est: qui regnavit annos quattuor et vi-
24 ginti, obiit olympiade prima et quadragesima. Tar-
quinius Priscus ad Mugoniam portam supra summam
novam viam: qui regnavit annos septem et triginta.
25 Servius Tullius Esquilinus supra clivum Urbium: qui
26 regnavit annos duos et quadraginta. Tarquinius Su-
perbus et ipse Esquilinus supra clivum Pullium ad
Fagutalem lacum: qui regnavit annos quinque et vi-
ginti.

v. 2 Tatius — 5 exivit *ex* Solino in collectaneis vel polyhistoro *citat Priscianus* 1, 28; *item ex* Solino in collectaneis *idem* 10, 50; Tatius hominem exivit *ex* Solino in memorabilibus *idem* 18, 213; postquam Tatius hominem exivit *ex* Solino *idem* 18, 174.

1 q. h. dic. loc. *A* ‖ habitauerunt *libri*, habitauerint *Salm.* 2 aedes (aedis) est] *HS Prisc.*, est aedes *LBAP* 3 quam] *HSAP Prisc.*, postquam *LBP*² 4 interemptus est] *L Prisc.*, interemptus *BSA Bern. et h ex corr.*, interfectus .. *ante corr. h* 5 exiuit] *HAP Prisc.*, *qui propter hoc vocabulum citat*, ex.uit *L*, exuit *BS* 4 septima — 5 exiuit *haec verba suo loco mota esse, cum pertineant ad Numam, vidit Bröckerus hist. Rom. p.* 521, *at ibi ubi nunc leguntur reperit ea iam Priscianus; auctor collocavit vel certe collocare debuit post* sub Ianiculo 5 pr. in colle *h* 6 quae] qui *S* 7 qui *om. H* 8 sepultus sub ianiculo *om. HS* ‖ tullius *LBH* 11 et xlma *LBP* 12 annis *hS* ‖ ııı et xxx (x *una expuncta*) *P* 14 primus *h* 15 vııı et xxx *A* 16 seruilius *H* ‖ esquilinus] *LBhP*, esquilinis *SA*, esquilimus *Bern.* ‖ supra clivum — 18 esquilinus *om. P* 16 urbium] *LBH ut Liv.* 1, 48, orbium *S*, olbium *A* 17 et xxx *LB* 18 esquilin'us *L*, esquilinius *Bh*, esquilinis *SA*, esquilimus *Bern.* 19 fagutalem] *A*, facutalem *LBP*, fagudalem *S*, facudalem *H.* ‖ annis *HSA*

IGN Cincio Romam duodecima olympiade placet con- 1, 27
ditam: Pictori octava: Nepoti et Lutatio, opiuiones
Eratostheuis et Apollodori comprobantibus, olympia-
dis septimae anno secundo: Pomponio Attico et M.
Tullio olympiadis sextae anno tertio. conlatis igitur
nostris et Graecorum temporibus invenimus incipiente
olympiade septima Romam conditam, anno post Ilium
captum quadringentesimo tricesimo tertio. quippe cer- 28
tamen Olympicum, quod Hercules in houorem atavi
materni Pelopis ediderat, intermissum Iphitus Eleus
instauravit post excidium Troiae auno quadringente-
simo octavo. ergo ab isto numeratur olympias prima.
ita sex mediis olympiadibus interiectis, quibus sin-
gulis anni quaterni inputantur, cum septima coeptante
Roma condita sit, inter exortum urbis et Troiam cap-
tam iure esse annos quadringentos trigiuta tres con-
stat. huic argumento illud accedit, quod cum C. Pom- 29
peius Gallus et Q. Veranius urbis conditae anno octin-
gentesimo primo fuerint consules, consulatu eorum
olympias septima et ducentesima actis publicis anno-
tata est. quater ergo multiplicatis sex et ducentis
olympiadibus erunt auni octingenti viginti quattuor,
quibus de septima olympiade adnectendus primus an-
nus est, ut in solidum colligantur anni octingeuti vi-
ginti quinque. ex qua summa detractis quattuor et
viginti aunis olympiadum retro sex, manifeste anni
octingenti et unus reliqui fient. quapropter cum 30

1 duodecim *S* 2 nepoto *A* ‖ et lucatio *BA*, educatio *H* (et educatio *Bern.*) ‖ opinienes] *HSA*, opinionem *LBP* 10 ifitus eleus] *P*[1], istius eleus *A*, picus filius eius *HS*, ifitus filius eius *LP*[2], istius (*mg.* picus) filius herculis *B* 12 isto] *BHAP*, ifito *LS* 15 sit] sit sic *P* 16 xxxııı] *LBP*, triginta et tres *SA*, xxx·ıı *H* 17 accidit *S* 18 quintus] *SAP*, *om.* *LBH* ‖ uerannius *S* ‖ a. u. c. *A* 20 olimpiadis *h* ‖ vı[ta] *P* 21 multiplicandis *S* 23 de septima olympiade] *LBP Bern.*, septima olympiade *Ah*, septima olympiadis *S* 23 24 est primus annus *S Bern.*, est unus annns *A*, primus anuus *h* 24 solido *LBP* ‖ anni *om.* *A* 26 sex] rex *S*[1], res *S*[2] 27 uno *S* *hic et alibi pro notis numeralibus vocabulis perscriptis casu non suo*

octingentesimo primo anno urbis conditae ducente- IGN.
sima septima olympias computetur, par est Romam
septimae olympiadis anno primo credi conditam.

I, 31 In qua regnatum est annis ducentis quadraginta
uno. decemviri creati anno trecentesimo secundo.
primum Punicum bellum anno *quadringentesimo octo-
gesimo nono, secundum quingentesimo tricesimo quinto,
tertium sexcentesimo quarto, sociale sexcentesimo sexa-
32 gesimo secundo. ad *A. Hirtium et C. Pansam con-
sules anni septingenti decem: quorum consulatu Cae-
sar Augustus est consul creatus, octavum decimum
annum agens: qui principatum ita ingressus est, ut
vigilantia illius non modo securum, verum etiam tu-
33 tum imperium esset. quod tempus ferme solum re-
pertum est, quo plurimum et arma cessaverint et in-
genia floruerint, scilicet ne inerti iustitio langueret
virtutis opera, bellis quiescentibus.

34 Tunc ergo primum cursus anni perspecta ratio,
quae a rerum origine profunda caligine tegebatur. nam
ante Augustum Caesarem incerto modo annum con-
putabant, qui apud Aegyptios quattuor mensibus ter-
minabatur, apud Arcadas tribus, apud Acarnanas sex,
in Italia apud Lavinios tredecim, quorum annus tre-
35 centis septuaginta quattuor diebus ferebatur. Romani

2 conputatur *H* 2 computetur — 3 olympiadis *om. P* 4 5 CCXLI *LP*, ducentis XL·I· *A*, CC·LX·una *H*, ducenti quadraginta uno *S*, *eodem errore ac p.* 11 *v.* 27, CCXLIII *B* 6 primo punico*bello *SA* ‖ CCCLXXXVIIII (octauo *A*) *modo notis modo litteris libri* 7 secundo *SA* 8 tertio *S*, tercio *A* 8 9 DCLXXII *LBP* 9 a. *ante* hirtium *om. libri, nisi quod* ab aulo *pro* secundo ad *Bern.* ‖ hirtiu. *L*, hircio *H* ‖ C.] *om. B solus* ‖ pansa. *L*, pansa *H* 9 10 consul.. *L*, consulibus *H* 10 DCCX *LA*, DCCIX *B*, sexcenti decem *HS*, DCCCX *P* 11 et consul cr. est *A* 12 principatu *S* 13 illius] *HSA*, eius *LBP* 15 primum *H* 16 floruerunt *BA* ‖ ne *om. h* ‖ iustitio (a *supra* o) *S* 18 anni] *LBP*, annui *HSA* ‖ ratio] *HSA*, ratio est *LBP* 19 aegebatur *S* 20 incerto modo] incontomo *h* 22 arcades *A* ‖ carnanas *LBP*, acarnanos *A*, arcanas *H* 23 annis *A* 24 quattuor] *HSA*, et quattuor *LBP*

IGN. initio annum decem mensibus computaverunt a Martio auspicantes, adeo ut eius die prima de aris Vestalibus ignes accenderent, mutarent veteribus virides laureas, senatus et populus comitia agerent, matronae servis suis cenas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illae ut honore promptius obsequium provocarent, hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris: maximeque hunc mensem principem testatur fuisse, quod qui ab hoc quintus erat Quintilis dictus est; deinde numero de- 1, 36
currente December sollemnem circuitum finiebat intra diem trecentesimum quartum: tunc enim iste numerus explebat annum, ita ut sex menses tricenum dierum essent, quattuor reliqui tricenis et singulis expediren-
tur. sed quoniam ratio illa ante Numam a lunae 37
cursu discreparet, lunari computatione annum perae-
quarunt, quinquaginta et uno die auctis. ut ergo 38
perficerent duodecim menses, de sex mensibus superioribus detraxerunt dies singulos, eosque quinquaginta istis et uno diebus adnexuerunt, factique quinquaginta septem divisi sunt in duos menses, quorum alter viginti novem, alter viginti octo dies detinebant.
sic annus habere quinque atque quinquaginta et tre- 39
centos dies coepit.

Postmodum cum perspicerent temere annum clausum intra dies quos supra diximus, quandoquidem appareret solis meatum non ante trecentesimum sexagesimum quintum diem, abundante insuper quadrantis

1 in initio *h* 2 diei *S* ‖ de *om.* *H* ‖ nectigalibus *A* 3 accederent *P* 7 profecti *h* 8 fuisse test. *h* ‖ qui] quia *h* ‖ ab] ad *BA* 10 circuitum] *LBP Bern.*, circiter *HSA* 11 tricesimum *S* 13 14 expedirentur] *LBP*, experirentur *S*, expertirentur *H*, explicarentur *A* 14 a *om.* *HS* 14 15 luna et cursu *S* 17 18 sup.] prioribus *AP*² 19 uni *A* ‖ adnexerunt *S*, adiunexerunt *BP*¹ 21 uiginti nouem alter *om.* *S*, alter uiginti octo *om.* *A* ‖ dies detinebant] *LBHP*¹, dies detinebat *S*, diebus agebatur *AP*² 24 perspiceret *S* 26 apparet *hSA*, appareret *Bern.* ‖ tric. *L*

particula, zodiacum conficere decursum, quadrantem IGN.
illum et decem dies addiderunt, ut ad liquidum an-
nus diebus trecentis sexaginta quinque et quadrante
constaret, hortante observatione imparis numeri, quem
1, 40 Pythagoras monuit praeponi in omnibus oportere. unde
propter dies impares diis superis et Ianuarius dicatur
et Martius: propter pares Februarius quasi ominosus
41 diis inferis deputatur. cum itaque haec definitio toto
orbe placuisset, custodiendi quadrantis gratia a di-
versis gentibus varie intercalabatur, nec umquam ta-
42 men ad liquidum fiebat temporum peraequatio. Graeci
ergo singulis annis undecim dies et quadrantem de-
trahebant, eosque octies multiplicatos in annum no-
num reservabant, ut contractus nouagenarius numerus
in tres menses per tricenos dies scinderetur: qui anno
nono restituti efficiebant dies quadringentos quadra-
ginta quatuor, quos embolismos vel hyperballontas
43 nominabant. quod cum initio Romani probassent,
contemplatione numeri parilis offensi neglectum brevi
perdiderunt, translata in sacerdotes intercalandi po-
testate: qui plerumque gratificantes rationibus publi-
canorum pro libidine sua subtrahebant tempora vel
44 augebant. cum haec sic forent constituta, modus-
que intercalandi interdum cumulatior, interdum fieret
imminutior, vel omnino dissimulatus praeteriretur, non-

§ 44. 45: *horum compendium apud Ammianum* 26, 1, 12. 13.

1 conficeret *S* 3 trecentis LXV diebus *A* 6 diis] diebus *AB*[1], diis *B*[2] 8 diis] diebus *AB*[1], diis *B*[2] ‖ deputantur (n *expuncta*) *P*[1], scribitur *P*[2] ‖ diffinitio *LB* 9 orbi *H* 9 10 aduersis *P* 13 14 nouum referebant (*suprascr.* uel reseruabant) *h* 14 ut *om.* *S* 16 nouo *h* ‖ CCCXLIIII *P* 17 embolismos] *BHP*[1], embolismeas *A*, embolism.os *L*, ombolimeos *S*, enbolenia *P*[2]; *cf. Stephani lex. s. v.* ἐμβολιμός 18 in initio *LP* 19 par. num. *P* ‖ offensi] *LBH*, offensione *SA*, *om.* *P* 19 20 perd. breui *H* 20 in] inter *S* 20 interkalendi *A* 21 orationibus *H* 21 22 publicorum *A* 24 interdum *ante* cum. *om.* *H* 24 25 inm. fieret *AP* 25 dissimulantes *A* ‖ praeteriret *P*[2]

ion. unmquam accidebat, ut menses qui fuerant transacti
hieme, modo aestivum modo autumnale tempus inci-
derent.
Itaque Caesar universam hanc inconstantiam, in- 1, 45
cisa temporum turbatione, composuit, et ut statum
certum praeteritus error acciperet, dies viginti unum
et quadrantem simul intercalavit: quo pacto regradati
menses de cetero statuta ordinis sui tempora deti-
nerent. ille ergo annus solus trecentos quadraginta
quattuor dies habuit: alii deinceps trecentenos sexa-
genos quinos et quadrantem. et tunc quoque vitium
admissum est per sacerdotes. nam cum praeceptum 46
esset, anno quarto ut intercalarent unum diem, et
oporteret confecto quarto anno id observari, ante-
quam quintus auspicaretur, illi incipiente quarto in-
tercalarunt, non desinente. sic per annos sex et tri- 47
ginta cum novem dies tantummodo sufficere debuis-
sent, duodecim sunt intercalati. quod reprehensum
Augustus reformavit, iussitque annos duodecim sine
intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra
novem necessarios temere fuerant intercalati, hoc
modo possent repensari. ex qua disciplina omnium
postea temporum fundata ratio est.
PL. 7, 147 -150 ‖ Verum cum et hoc et multa alia Augusti tempo- 48
ribus debeantur, qui paene sine exemplo rerum po-
titus est, tanta et tot in vita eius inveniuntur adversa,
ut non sit facile discernere, calamitosior an beatior
fuerit. primum quod apud avunculum in petitione 49

1 accideba.t *L* 1 2 hieme tr. *A*, hi transacti eme *P*¹ 4 caesar] *L*, csesar (*suprascr.* gaiūs) *B*, c. caesar *P*, gains caesar *SA*, augustus caesar *H*, a. zin (*suprascr.* lius) cesar *Bern.* ‖ constantiam *A* 6 acc. error *HS* ‖ uno *S* 7 simul *om. h* 9 tricenos sex. *HS* 11 et] sed *P*² ‖ tunc] tum *HS* 13 esset] esse *S* ‖ ut *om. P* 17 cum nouem] octo cum (cum *s. v.*) *S*, cum vııı *B* ‖ modo *om. A* 18 quod reprehensum] *LBHS*, quod deprehensum *P*, quem deprehensum *A* 19 formauit *A* 21 fuerant] fuerunt *L*¹*B* 25 26 potitus est] potius est *S*, potuissent *A*, positus est *B*.

magisterii equitum praelatus est ei Lepidus tribunus, PL.
cum quadam auspicantium coeptorum nota: mox trium-
viratus collegium praegravi potestate Antonii: Phi-
lippensis, inde proscriptionis invidia: abdicatio Pos-
tumi Agrippae post adoptionem, deinde desiderio eius
insignis paenitentia: naufragia Sicula: turpis ibi in spe-
lunca occultatio: seditiones militum plurimae: Peru-
sina cura: detectum filiae adulterium et voluntas par-
ricidalis: nec minore dedecore neptis infamia: incu-
satae mortes filiorum et amissis liberis non solus or-
bitatis dolor: urbis pestilentia, fames Italiae, bello
Hillyrico angustiae rei militaris, corpus morbidum,
contumeliosa dissensio privigni Neronis, uxoris etiam
Tiberii cogitationes parum fidae, atque in hunc mo-
dum plura.
1, 50 ‖ Huius tamen suprema quasi lugeret saeculum, pe- PL. 7, 33
nuria insecuta est frugum omnium: ac ne fortuitum
quod acciderat videretur, imminentia mala non dubiis
51 signis apparuerunt: nam Fausta quaedam ex plebe
partu uno edidit quattuor geminos, mares duos, fe-
minas totidem, monstruosa fecunditate portendens fu-
turae calamitatis indicium: ‖ quamlibet Trogus auctor PL. 7, 34
adfirmet, in Aegypto septenos uno utero simul gigni:
‖ quod ibi minus mirum, cum fetifero potu Nilus non PL. 7, 33
tantum terrarum sed etiam hominum fecundet arva.
52 ‖ legimus Cn. Pompeium Eutychidem feminam Asia ex- PL. 7, 34

2 3 triumuiratus] triumuiri fassus *h*, triumuiratus fassus *Bern.* 5 agyrppe p̄t (*i. e.* praeter) *S* ‖ dein *A* 6 ibi] ibus *S* 10 mortis *BA* ‖ solum *SA* 12 hyllirico *LBP*, illyrico *S*, yllirico *A*, illirico *H* 13 etiam *reliqui*, etiam et *P*; uxoris et Tiberi cogitationes *Plin.*, *quas male intellexit Solinus* 14 tiberi[i] *L 17 insecura *A* ‖ fortuitu *H* 19 plebe] plenae *A* 20 21 f. totidem] *HSA*, totidemque f. *LBP* 21 22 ind. f. c. *HS* 22 trocus *S*, trogos *h* 23 uno utero septenos *A* ‖ gigni] edi P^2 24 linus *S* 25 hominum] *HS*, materna *A*, hominum materna *LBP*; *in librorum nostrorum communi archetypo* materna *glossae loco superscriptum fuit* 26 legimus sane *AP* ‖ eutychidem] *S*, eutichidem *AB*, outicidem *H*, euthigidem LP^1, euthyidem P^2 ‖ asiae *A*

PL. hibitam, quam constabat tricies enixam, cum viginti
eius liberis in theatro suo publicasse.
SOL. ‖Unde competens hoc loco duco super hominis 1, 53
generatione tractare. etenim cum de animalibus quae
digna dictu videbuntur, prout patria cuiusque admo-
nebit simus notaturi, iure ab eo potissimum ordiemur,
quod rerum natura sensus iudicio et rationis capa-
citate praeposuit omnibus.
ION. PL. 7, 63-65 ‖Itaque ut Democritus physicus ostendit, ‖mulier 54
solum animal menstruale est, cuius profluvia non
parvis spectata documentis inter monstrifica merito
numerantur. contactae his fruges non germinabunt, 55
acescent musta, morientur herbae, amittent arbores
fetus, ferrum robigo corripiet, nigrescent aera, si quid
canes inde ederint in rabiem efferabuntur, nocituri mor-
sibus quibus lymphaticos faciunt. parva haec sunt. 56
bitumen in Iudaea quod Asphaltites gignit lacus adeo
lentum mollitie glutinosa, ut a se nequeat separari,
enimvero si abrumpere partem velis, universitas se-
quetur scindique non potest, quoniam in quantum
ducatur extenditur. sed ubi admota fuerint cruore
illo polluta fila, sponte dispergitur, et adplicita tabe
diducitur paulo ante corpus unum, fitque de tena-
PL. 28, 77 citate conexa contagione partitio repentina. ‖habet 57
plane illud in se solum salutare, quod avertit sidus

v. 9 mulier — 22 dispergitur *compilavit Isidorus* 11, 1, 140. 141.

2 eius] ei *A* ‖ publicauisse *P* 4 generationem *L* 7 rerum] ferarum *H* 7 8 capacitati *S* 9 ostendit] insinuat *AP²* 11 12 monstrifera (uel monstrifica *marg.*) *h* 13 arescent *A*, acrescent *P²*, acescent *H* 14 robigo] *PL¹*, rubigo *L² rel.* 14 15 si qui canes *Isidorus* 16 lipistaticos *h* 17 quod *om. P recte fortasse* ‖ asphaltites] *LP*, asfaltites *BHSA* ‖ gignit lacus] uocatur gignit lacum *H* 18 nequeant *P* 19 uelis] molieris *H* 19 20 sequeretur *S*, sequitur *P* 21 admouita *S* 22 discerpitur sponte *A*, id est discerpitur *P²* ‖ adplicita] *LP*, applicita *BA*, adplicata *S*, applicata *H* 23 deducitur *BS* 25 in se] *LBAP*, inde *hS*, *om. Bern.*

Helenae perniciosissimum navigantibus. ‖ ceterum ipsae PL. 28, §2
feminae, quibus munus est necessitatis huius, quamdiu
sint in sua lege, non innocentibus oculis contuentur:
1, 58 aspectu specula vitiant, ita ut hebetetur visu fulgor
offensus, et solitam aemulationem vultus extinctus
splendor amittat, faciesque obtunsi nitoris quadam
caligine nubiletur.
59 ‖ Mulierum aliae in aeternum steriles sunt, aliae mu- PL. 7, 57
tatis coniugiis exuunt sterilitatem, nonnullae tantum
semel pariunt, quaedam aut feminas aut mares sem-
per. ‖ post annum quinquagesimum fecunditas omnium PL. 7, 61
conquiescit: nam in annum octogesimum viri generant,
sicuti Masinissa rex Mathumannum filium septuage-
simum et sextum annum agens genuit, Cato octoge-
simo exacto ex filia Salonis clientis sui avum Uti-
60 censis Catonis procreavit. ‖ compertum et illud est, PL. 7, 48. 49
quod inter duos conceptus cum intercessit paululum
temporis, uterque residet, sicut in Hercule et Iphicle
apparuit fratre eius, qui gestati eodem onere, inter-
61 vallis tamen quibus concepti fuerant nati videntur: et
de Proconnesi ancilla, quae e duplici adulterio ge-
minos edidit, utrumque patri suo similem. ‖ hic Iphi- ION.
cles Iolaum creat, qui Sardiniam ingressus, palantes
incolarum animos ad concordiam eblanditus, Olbiam

1 ipsae *om.* *S* 2 necessitas *L* 3 sint] *LBSP Bern.*, sunt *hA* ‖ contuetur *HS* 4 aspectu] L^1*BP*, aspectus L^2*HSA* ‖ spicula *H* ‖ hebetur L^1*A* 5 offensus] *LAP*, offensis *B*, infensus *HS* 6 obtunsi] *libri omnes* 9 coniugis L^1 ‖ sterelitate *S*, sterilitatem *B* 11 fecunditatis *h* 13 sicuti] *HSA*, sic̄ *LP*, sicud *B* ‖ manissa L^1*B* ‖ mathumannum] *LS*P^1, matumannum *B Bern.*, mathymannum *A*, matumannuari *h*, mathemannm P^2 14 agens] gerens *A* 15 salonis] *BSA ut Plin.* 7, 61, saloni. *L*, saloni *HP* 18 dercule P^2 ‖ ificle] *LHSP*, ifite (*suprascr.* hificle) *B*, ifide *A* 19 eadem *S* 20 uiderentur *h* 21 proconensi *LBP* (*cf.* 37, 7); proconesia *SA*, froconesia *H* ‖ e *om.* *HS* 22 23 ificles] L^2*P*, eficles L^1*B*, ifides *A*, ificle *HS* 23 hiolaum *LHS* 24 animus *S* ‖ ad cordiam *h* ‖ obliam *A*

ION. atque alia Graeca oppida extruxit. Iolenses ab eo
dicti sepulcro eius templum addiderunt, quod imita-
tus virtutem patrui malis plurimis Sardiniam libe-
rasset.
PL. 7, 42 ‖ Ante omnia subolem cogitantibus sternutatio post I, 62
coitus cavenda, ne prius semen excutiat inpulsus re-
pentinus, quam penetralibus se matris insinuet umor
PL. 7, 41 paternus. ‖ quod si naturalis materia haeserit, decimus
a conceptu dies dolore gravidas admonebit. iam inde
incipiet et capitis inquietudo, et caligine visus hebe-
tabitur: ciborum quoque fastidiis stomachi claudetur
PL. 11, 181 cupido. ‖ convenit inter omnes, corda primum ex uni-
ION. versa formari carne, ‖ eaque in diem quintum et sexa-
gesimum crescere, dein minui: at ex ossibus spinas:
PL. 7, 41 ea propter capitale, si pars alterutra noceatur. ‖ plane 63
si corpusculum in marem figuretur, melior est color
gravidis et pronior partitudo uteri, denique a qua-
dragesimo die motus. alter sexus nonagesimo primum
die palpitat et concepta femina gestantis vultum pal-
lore inficit, crura quoque praepedit languida tardi-
tate. in utroque sexu cum capilli germinant, incom- 64
modum maius est: fitque pleniluniis auctior aegritudo,
quod tempus etiam editis semper nocet. cum salsio-
res escas edit gravida, unguiculis caret partus. at
cum prope ad uterum liberandum venerint momenta

1 hiolenses *HS* 2 eius *om.* *H* 6 inpulsus — 8 paternus *ante* 5 ante omnia — 6 excutiat *P* 6 pulsus *A* 7 penetrabilibus *S* ‖ umor] *LSP* 7 8 pat. humor *A* 8 naturalis] *LBhP*[1], natalis *SAP*[2] *Bern.* 9 doloris *P*[2] 10 11 caliginem u. hebetabit *A* 11 claude-retur *S* 14 ex ossibus — 15 uoceatur *ante* 12 conuenit — 14 minui (at *om.*) *P* 14 minui at] minuat *A*, minui ac (*superscr.* minutas) *B* 15 ea propter — noceatur *om.* *HS* ‖ capitale si] *A*, cupitales sed *B*[1], capitales sed *B*[2], capital est si *L*[2]*P*, cupitales secundum *L*[1] 16 color mel. est *H* 18 motus est *H* ‖ sextus *A* 19 die *om.* *A* 22 ple-nilunis *S*, pleni luminis *h* 23 edidis *S* 24 unguiculis] *SAB*[2] *cum Plin.*, ungiculis *P*, ungulis *LB*[1]*H* 25 uenerit *S*, ueneruut *P*

maturitatis, enitenti spiritum retinere plurimum con- PL.
gruit, quoniam quidem letali mora oscitatio suspendit
puerperia.
1, 65 ‖ Contra naturam est in pedes procedere nascentes, PL. 7, 45
quapropter velut aegre parti appellantur Agrippae.
ita editi minus prospere vivunt et de vita aevo brevi
66 cedunt. denique in uno M. Agrippa felicitatis exem-
plum est, nec tamen usque eo inoffensae, ut non plura
adversa pertulerit quam secunda: namque misera pe-
dum valitudine et aperto coniugis adulterio et aliquot
67 infelicitatis notis praeposteri ortus omen luit. ‖ feminis PL. 7, 69
perinde est infausta nativitas, si concretum virginal
fuerit, quo pacto genitalia fuere Corneliae, quae editis
Gracchis ostentum hoc piavit sinistro exitu liberorum.
68 ‖ Rursum necatis matribus natus est auspicatior: PL. 7, 47
sicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parente,
quod excisus utero in diem venerat, primus Roma-
69 norum Caesar dictus est. e geminis, si remanente
altero alter abortivo fluxu exciderit, alter qui legi-
70 time natus est, Vopiscus nominatur. ‖ quidam et cum PL. 7, 68
dentibus procreantur, ut Cn. Papirius Carbo et *M'.
Curius, Dentatus ob id cognominatus. ‖ quidam vice PL. 7, 69
dentium continui ossis armantur soliditate, qualem
71 filium Bithynorum rex Prusias habuit. ‖ ipsum den- PL. 7, 71

1 enitenti] *L^1B Bern.*, enitentis *L^2SAP*, enitens *h* 2 suspendia *A* 3 pnerperitia *S* 5 aegri *P* ‖ parti *LP*, partus *B*, pati *HSA* 6 de uita aeuo] uita *P^2* 6 7 breui cedunt] *L^1SP^1*, breui recednnt *L^2H*, procednnt breui *B^1*, decednnt breui *B^2*, breuiori decednnt *AP^2* 7 in — 8 ex. est (est ex. *h*)] nnum marcnm agrippam (a. m. u. *P^2*) inuenimus beatum *AP^2 et sic P^2 praescripto* i. = id est, *supra v. L.* 9 namque et *A* 10 adulterio et] adulterio *H* ‖ aliquid *HS* 11 praeposteri] retronersi *AP^2 et gl. L* 14 grecis *A* ‖ hoo *om. H* 15 rursum *om. H* ‖ natns] *$LBHP^1$*, ortus *SAP^2 et gl. L* 17 excisns] exciso *A* 18 remanerente *S* 20 est *om. S* 21 22 m̄ cnrius *B*, m. cnrio *LHP*, maximus curio *S*, maximus marcus cnrins *A*; *in librorum nostrorum archetypo videtur fuisse* m. curius *adscripta glossa* maximus curio 22 cogn.] cogn. est *h* ‖ nice] et *H* 23 dicentium continuo *S*

PL. tium numerum discernit qualitas sexus, cum in viris
plures sint, in feminis pauciores. quos cynodontas
vocant, quibus gemini procedunt ab dextera parte,
fortunae blandimenta promittunt: quibus ab laeva,
versa vice.
PL. 7, 2. 3 ‖ Nascentium vox prima vagitus est: laetitiae enim 1, 72
PL. 7, 72 sensus differtur in quadragesimum diem. ‖ itaque unum
novimus eadem hora risisse qua erat natus, scilicet
PL. 7, 79 Zoroastren, mox optimarum artium peritissimum. ‖ At
Crassus, avus eius quem rapuerunt bella Parthica, quod
numquam riserit Agelastus cognominabatur. inter 73
alia Socratis magna praeclarum illud est, quod in
eodem vultus tenore etiam adversis interpellantibus
PL. 7, 80 perstitit. ‖ Heraclitus et Diogenes Cynicus nihil umquam de rigore animi remiserunt, calcatisque turbinibus fortuitorum adversus omnem dolorem vel misericordiam uniformi duravere proposito. Pomponium 74
poetam consularem virum numquam ructuasse habetur
inter exempla: Antoniam Drusi non spuisse percelebre est.
PL. 7, 78 ‖ nonnullos nasci accepimus concretis ossi-

v. 2 quos — 3 procedunt *compilavit Isidorus* 11, 3, 7.

2 quos] hos *HS*   2 3 cynodontas] *S*, *KTNOΔONTAC P*, *KINOΔONTAC* (*T supra I*) *L*, kinoaonte *B*, cinodontas *A*, cinosdeutes *h*, ciuosdontos *H*² *Bern.*   3 quibus] *A recte* (quibus in dextera parte gemini superne, a canibus cognominati *Plin.*), et quibus *LhSP*, ex quibus *B*, ec quibus *Bern.*   4 ad leua *S*, a leua *H*   8 qua] qui *h* ‖ nat. er. *H* ‖ scilicet *om. S*   9 zoroastrem *A*, zorastreu socrates *S*, zoroastrem (zoroastren *P*, zoroaustrem *B*) socratem *LBHP*; Socrates *ex margine archetypi in utramque codd. familiam venit.*   9 10 at crassus] *AP*, crassus *B*, crassus (*suprascr.* aulus) *L*, aulus crassus *H*, aulus grassus *S*   10 rapueraut bellu *h*¹, rapuerant bella *h*²   11 faregelastus *A*   12 est illud *A*   16 uel] et *AP*   17 uniforme d. preposito *S*   18 consulem *h* ‖ ructuasse] *BS*, ruct.asse *L*, ructasse *HAP*   19 inter] *s. v. L*, *om. B* ‖ antonian *S*, antiau *H* ‖ spuisse] spreuisse *h*   20 nasci accepimus] *LBP*, u. accipimus *HS*, accipimus n. *A*

bus, eosque neque sudare consuesse neque sitire, ‖ qua- IGN.
lis Syracusanus *Lygdamis fertur, qui tertia et trice-
sima olympiade primus ex Olympico certamine pan-
cratii coronam reportavit; cuiusque ossa deprehensa
sunt medullas non habere.
1, 75 ‖ Maximam virium substantiam nervos facere cer- SOL.
tissimum est, quantoque fuerint densiores, tanto pro-
pensius augescere firmitatem. ‖ Varro in relatione pro- PL. 7, 81
digiosae fortitudinis adnotavit, Tritannum gladiatorem
natura Samnitem fuisse, qui et rectis et transversis
nervis non modo crate pectoris, sed et manibus can-
cellatis et brachiis omnes adversarios levi tactu ac
76 paene securis congressionibus vicerit. eius filium, mi-
litem Cn. Pompeii, pari modo natum, ita sprevisse
hostem provocantem, ut inermi eum dextera et su-
peraret et captum digito uno in castra imperatoris
sui reportaret. ‖ Milonem quoque Crotoniensem egisse IGN.
omnia supra quam homo valet: etiam hoc proditur
quod ictu nudae manus taurum fecit victimam eum-
que solidum qua mactaverat die absumpsit solus non
gravatim. super hoc nihil dubium: nam factum elo-
77 gium extat. victor ille omnium certaminum obiit.
‖ sane *alectoria usus traditur, qui lapis specie cry- PL. 37, 144
stallina, fabae modo, in gallinaceorum ventriculis in-

1 neque sudare] *LSAP*, sudare non *H* ‖ consuesse n. sit.] *LBHP*, consuisse n. sit. *S*, n. sit. consuesse *A* 2 licdamis *Bern. cum elencho Olympionicarum* (*Λύγδαμις Συρακόσιος*); lygdamus *BA*, ligdamus *LP*, lycdamus *S*, licdamus *H* 2 3 tricesima et tertia *H* 3 4 pancrati *H*, pancradi *S* 4 cuiusque] eiusque *A* 5 medullas] *HSA*, medullam *LBP* 7 fuerunt desenlores *S* 8 relationem *H* 9 fortitudinis] fortunitatis *H* ‖ trittannum *P* 12 ac *om. P* 14 pompei *BSAP* 15 dextra *BhS* 15 16 et sup.] exsup. *A* 17 reportaret] referret *A* 18 hoc etiam *A* 21 *ante* factum *ins.* hic *P* 22 *ante* elogium *ins.* inde *L s. v. m.* 2 22 23 certaminum quae obiuit alectoria usus *P*[1], certaminum obiit sane alectorius (alectarius *B*) *LBSAP*[2], cert. obiit sane allectorius *h*, cert. obiit sane alectorius alectoribus *Bern. Alectoriam vocant Plin. quique eum exscripsit Isidorus* 16, 13, 8

IOS. venitur, aptus ut dicunt proeliantibus. ‖ Milon porro
Tarquinii Prisci temporibus emicuit.
SOL. ‖Iam vero qui deflexum animum referat ad simili- 1, 78
tudinum causas, quantum artificis naturae ingenium
deprehendet!. interdum enim ad genus spectant, et
PL. 7, 50 per subolem in familias transitus faciunt: ‖ sicut ple-
rumque parvuli modo naevos modo cicatrices modo
PL. 7, 51 qualescumque originis suae notas ferunt: ‖ut in Lepi-
dis, quorum tres intervulsa tamen serie ex eadem
domo obducto membrana oculo similes geniti repe-
riuntur: vel in Byzantio nobili pycta, qui cum ma- 79
trem haberet adulterio ex Aethiope conceptam, quae
nihil patri comparandum reddidisset, ipse in Aethio-
pem avum regeneravit.
SOL. ‖Sed hoc minus mirum, si respiciamus ad ea, quae 80
PL. 7, 53 spectata sunt inter externos. ‖regem Antiochum Ar-
temon quidam e plebe Syriatica sic facie aemula men-
tiebatur, ut postmodum Laodice uxor regia, obiecto
populare isto, tamdiu dissimulaverit defunctum mari-
tum, quoad ex arbitratu eius regni successor ordina-
PL. 7, 53 *auctus* retur. ‖ inter Cn. Pompeium et C. Vibium humili 81
loco natum tantus error extitit de paribus lineamen-
tis, ut Romani Vibium Pompeii nomine, Pompeium
PL. 7, 55 Vibii vocabulo cognominarent. ‖ oratorem L. Plancum

2 tarquinii prisci] *LB*, prisci tarquinii *P*, prisci tarquinii subperbi *A*, tarquini superbi prisci *S Bern.*, tarquinii superbi priscis *h*. *Priscus videtur positus esse a Solino, Superbus substitutus a grammatico aliquo qui nosset Olympiacorum victorum catalogum Eusebianum Milonem recensentem ad Ol.* 62 3 defluxum *A* 5 deprehendit *L*²*P*, deprehenderet *A* ‖ spectat *S* 6 familia *hS* ‖ sicut] sic *H* 7 neruos *S Bern.*, neruulos *A*, uolos *supra* naeuos *P* 8 qualiscunque *A* ‖ referunt *P* 9 ex] et *A* 10 obducta *S*, abducta *H* ‖ oculos *HS* 10 11 repperuntur *BS* 11 ut *ante* in *ins. L s. v. m.* 2 ‖ byzancio *S*, bizantio *H*, byzantino *LBAP* ‖ nobilis picta *LBHS cum Plinio*, nobili pugile *AP* 12 aethiopiae *A*, ethiopie *B* 13 reddisset *L*¹ 16 spectata] *HAP*, specta *S*, expectata *B*, ..pectata *L*¹ ‖ inter] in *S* 16 17 artemon] athomus *P*² ‖ mentiebatur] emulabatur *P*² 18 laodice *A*, laotice *S* 19 populare] *libri omnes* ‖ tamdiu *om. A* 21 g. uibium] *LBHSP*, uibium *A*; Cn. Vibium *Salm.* 24 plautum *B*, plancium *HS*

Rubrius histrio sic implevit, ut et ipse Plancus a po- PL.
1, 82 pulo vocaretur. Armentarius murmillo et Cassius Se-
verus orator ita se mutuo reddiderunt, ‖ut si quando SOL.
pariter viderentur, dinosci non possent, nisi discre-
pantiam habitus indicaret. ‖M. Messalla censorius et PL. 7, 55
Menogenes e faece vulgari hoc fuerunt uterque quod *auctus*
singuli, ‖ nec alium Messallam quam Menogenem SOL.
nec Menogenem alium quam Messallam putaverunt.
83 ‖piscator ex Sicilia proconsuli Surae praeter alia etiam PL. 7, 55
rictu oris comparabatur: ‖ita in eadem vocis inpedi- SOL.
menta et tardatae sonum linguae naturalibus offen-
diculis congruebant.

84 Interdum non modo inter externos, sed etiam inter
deductos ex diversissima parte orbis miraculo indis-
creti vultus fuere. ‖denique cum Antonio iam trium- PL. 7, 55. 56
viro Toranius quidam eximios forma pueros velut ge-
minos trecentis sestertiis vendidisset, quorum alterum
de Transalpina Gallia, alterum ex Asia comparaverat,
adeoque una res viderentur, nisi solus sermo fidem
panderet, atque ideo inrisum se Antonius gravaretur,
85 non infacete Toranius id vel praecipue quod emptor
criminabatur pretiosius probavit: neque enim mirum
si forent pares gemini: illud nullis posse taxationibus
aestimari, quod tantis spatiis diversitas separata plus

1 histrio] historicus *H* ‖ plantus *B*, planctus *S*, plancius *H* 4 dinosci] *libri omnes* ‖ possent] potuerint *A*, potuissent *B* 4 5 discrepantia *H* 5 messala *libri* ‖ censorinus *A* ‖ e fece] *HS*, et fece *A*, effigie *LBP* 7 messalam quam] *AP*, messalam putauerunt quam *LBHS* 8 nec menogenen *S* ‖ messalam putauerunt] *LHSAP*, messalam *B* 9 surae] *HSA ut Plin.*, syriae *LP*, siriae *B* 11 tardatae] *HSP*, tardate *A*, tarditate *LB* ‖ sonus *S*, sonorum *B* 12 congruebat *L*²*HP*² 14 deductos] *HSA*, conductos *LBP* 16 tor. qu. *supra v. P* 17 alterum *om. S* 19 una] ut una *h* ‖ uiderentur] *LP*, uideretur *BHSA* ‖ nisi] ut *P* ‖ solum *HSA* ‖ fide *S* 20 inr. se Ant.] se antonius illusum (lusum *P*²) *AP*² 21 infacete] faecatae *h*, fucate *Bern.* ‖ uel *om. h* ‖ praecipue] praue *A* 22 pretiosius] *LP*¹, preciosius *B*, preciosos *HS*, preciosum *AP*² 23 posse] *L*²*BAP*, posset *L*¹*HS* 24 separatur *h*

PL. quam geminos attulisset. quo responso adeo Anto- 1, 86
nius mitigatus est, ut deinceps nihil se habere carius
in substantia sua iactitaret.
SOL. ‖ Nunc si de ipsis hominum formis requiramus, li- 87
quido manifestabitur nihil de se antiquitatem menda-
citer praedicasse, sed corruptam degeneri successione
subolem nostri temporis per nascentium detrimenta
IGN. decus veteris pulchritudinis perdidisse. ‖ licet ergo 88
plerique definiant nullum posse excedere longitudinem
pedum septem, quod intra mensuram istam Hercules
PL. 7, 75 fuerit, ‖ deprehensum tamen est Romanis temporibus
sub divo Augusto, Pusionem et Secundillam denos
pedes et amplius habuisse proceritatis, quorum reli-
quiae adhuc in conditorio Sallustianorum videntur:
PL. 7, 74 ‖ postmodum divo Claudio principe Gabbaram nomine 89
ex Arabia advectum novem pedum et totidem uncia-
rum. sed ante Augustum annis mille ferme non ap-
SOL. paruit forma huiusmodi, ‖ sicut nec post Claudium visa 90
PL. 7, 73 est. ‖ quis enim iam aevo isto non minor parentibus
IGN. cf. PL. 7, 74 suis nascitur? ‖ priscorum autem testantur molem etiam
Orestis suprema, cuius ossa, olympiade quinquage-
sima et octava Tegeae inventa a Spartanis oraculo
monitis, discimus implesse longitudinem cubitorum
IGN. septem. ‖ scripta quoque quae ex antiquitate me-
morias accersunt in fidem veri hoc etiam receperunt, 91
quod bello Cretico, cum elata flumina plus quam
vi amnica terras rupissent, post discessum fluctuum

3 sua *om.* *AP* ‖ iactaret *HS* 5 se] re *S* 5 6 pr. mend. *H* 6 corrupta *SP* ‖ de generis L^2*HSA* 7 nascentium] L^2*H*, nascentum L^1*BSP*, nascendi *A* 8 uetus *h* ‖ proceritudinis *coni. Salm.* 10 vii pedum *A* ‖ mens. ist.] hunc modum *A et pro gl. P* 14 salustianorum *libri praeter P* 15 gabbarum *H*, gabbara P^1, gabarium P^2 18 cladium *P* 19 iam *om. A* 20 mol. test. *A* 21 oreptis *S* ‖ ossa] ossa etiam *h* 22 tegeae] ageae *S* 23 montis *P* 24 quae *om. HS* ‖ memoria *HS*, memoriam *A* 25 hoc etiam receperunt quod] L^2*AP Bern.*, *om. BhS et ut videtur* L^1, *recte fortasse, cum praesertim p. 26 v. 2* sit *item desit in* L^1*BHS* 27 ui amnica] ui annica *P*, biennio *h*, ui annica biennio *Bern.* ‖ terras rup.] inuecta terris forent AP^2 *et pro gl. L*

interplura hu mi discidia humanum corpus repertum IGN.
sit cubitum trium atque triginta: cuius inspectandi
cupidine L. Flaccum legatum, Metellum etiam ipsum
inpendio captos miraculo, quod auditu refutaverant,
1, 92 oculis potitos. ‖ non omiserim Salamine Euthymenis PL. 7, 76
filium crevisse in triennio tria cubita sublimitatis, sed
incessu tardum, sensu hebetem, robusta voce, puber-
tate festina, statimque obsessum morbis plurimis, in-
moderatis aegritudinum suppliciis conpensasse prae-
cipitem incrementi celeritatem.
93 ‖ Mensurae ratio bifariam convenit: nam quantus PL. 7, 77
manibus expansis inter digitos longissimos modus est,
tantum constat esse inter calces et verticem: ‖ ideoque IGN.
94 physici hominem minorem mundum indicaverunt. parti
dexterae habilior adscribitur motus, laevae firmitas
maior: unde altera gesticulationibus promptior est,
95 altera oneri ferundo accommodatior. ‖ pudoris disci- PL. 7, 77
plinam etiam inter defuncta corpora natura discrevit:
ac si quando cadavera necatorum fluctibus evehuntur,
virorum supina, prona fluitant feminarum.
96 ‖ Verum ut ad pernicitatis titulum transeamus, pri- IGN.
mam palmam velocitatis Ladas quidam adeptus est,
qui ita supra cavum pulverem cursitavit, ut in ha-
renis pendentibus nulla indicia relinqueret vestigio-
97 rum. Polymestor Milesius puer cum a matre locatus

1 plura] *HSA*, plurima *LBP* ‖ corpus] cadauer *A* 2 sit *om.* L^1*BHS*; *vide ante* 2 3 inspectandi] *LAP*, expectandi *B*, spectandi *HS* 3 L *siue* lucium] *LBA*, uel *H*, *om.* *S* 4 inpendio] admodum AP^2 *et gl.* *L* ‖ miraculi *HS* ‖ refutauerunt *S*, respuerant *A* 5 salamina *S*, salamiam *H* 8 festine *S* ‖ orbis *S* 9 aegritudinis *H* ‖ pensasse L^1, compensasse L^2 10 incrementi *om.* *H* 11 conuenerit *S*, coit *H* 12 longissimos] *A cum Plinio*, longissimus *rel.* 13 tantus *A* 14 hominum *A* ‖ iudicarunt *h* 15 dextrae *SP* ‖ modus *A* 16 propitior *S* 17 ferundo] *LSP*, ferendo *BHA* 17 18 disc.] legem *A et gl.* *L* 18 etiam def. in inter corp. *S* 20 fluuitarunt *S* 21 uerum etiam ut *A* 22 quidem *S* 23 cussitauit *S* ‖ in *om.* *HS* 23 24 arenibus *h* 25 polymestor] *LA*, polimestor *HSP*, polimnestor *B* ‖ locutus *S*

IOX. esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus
est et ob id statim productus a gregis domino olym-
piade sexta et quadragesima, ut Bocchus auctor est,
PL. 7, 84 victor in stadio meruit coronam. ‖ Philippides biduo 1, 98
mille ducenta quadraginta stadia ab Athenis Lace-
daemonem decucurrit. Anystis Lacon et Philonides,
Alexandri Magni cursores, Elin usque Sicyone mille
ducenta stadia uno die transierunt. *Fonteio Vipsa-
noque consulibus in Italia octo annos puer natus quin-
que et LXX milia passuum a meridie transivit ad
vesperum.
PL. 7, 85 ‖ Visu deinde plurimum potuit Strabo nomine, quem 99
superspexisse per centum triginta quinque milia pas-
suum Varro significat, solitumque exeunte a Cartha-
gine classe Punica numerum navium manifestissime
ex Lilybaetana specula notare. Cicero tradit Iliadam 100
omnem ita subtiliter in membranis scriptam, ut testa
nucis clauderetur. Callicrates formicas ex ebore sic
scalpsit, ut portio earum a ceteris cerni nequiverit.
PL. 7, 17 ‖ Apollonides perhibet in Scythia feminas nasci quae 101

§ 99 *similia ex Plinio vel Solino Isidorus* 2, 12, 4.

2 producatus *S* 6 anystis] *P*, anistis (y *supra* i) *L*, anistis *BHA*, anistu *S* ‖ philonides] *LB Bern.*, phylonides *P*, filonides *A*, pilonides *h*, pylonides *S* 7 elim *SA*, eliu (m *supra* u) *B* ‖ usque *L¹B*, abusque *L²SAP*, apsque *h*, apque *Bern.*; a Sicyone Elin *Plin.* 8 stadio *S* ‖ una *A* 8 9 pompeio uipsanoque *libri*, *nisi quod* fonteio *Bern.*, uibranoque *B*; Fonteio et Vipstano *Plinius recte* 9 octo] vIII *P* ‖ natus] natus est qui *H* 10 LXX^ta] *LBP cum Plinii libris probis*, XL *HSA cum eiusdem libris deterioribus* ‖ milia *om. hS*, *post* passuum *Bern.* 11 uesperam *S* 12 potuit] putauit *S* 13 superspecisse *S* ‖ quinque *om. AP* 14 exeuntem a. c. (a. c. exeuntem *A*) classem punicam *HSA* 15 numerum — 16 lilybaetana *om. H* 15 nauticum *A* ‖ manifestissume *S¹* 16 ex .. lybitana *L*, exlilibitana *B*, ex lilibytana *S*, ex lybitana *P*, e lybetana *A* ‖ denotare *AP* ‖ tradidit *H* ‖ iliada *S*, iliadem *B* 17 omnem *erasum in L* ‖ ita omnem *A* ‖ membrani *P* 19 sculpsit *HS* ‖ cerni] *HSA cum Plin.*, secerni *LBP* ‖ nequiretur *A* 20 apollonides] *BAP*, apollinides *LS Bern.*, appollonides *h*

bitiae vocantur: has in oculis pupillas geminas habere et perimere visu si forte quem iratae aspexe- PL.
rint. ‖ hae sunt et in Sardinia. ION.

1, 102 ‖ Praevaluisse fortitudine apud Romanos L. Sicinium PL. 7, 101
Dentatum titulorum numerus ostendit. tribunus hic plebi fuit non multo post exactos reges, Sp. Tarpeio A. Aterio consulibus. idem ex provocatione octies victor XLV adversas habuit cicatrices, in tergo nullam notam: spolia ex hoste tricies et quater cepit:
103 in phaleris hastis puris armillis coronis CCCXII dona meruit: novem imperatores, qui opera eius vicerant, triumphantes prosecutus.

104 ‖ Post hunc M. Sergius duobus stipendiis primis PL. 7, 104-106
adverso corpore ter et vicies vulneratus, secundo stipendio in proelio dexteram perdidit: qua de causa postea sibi manum ferream fecit, et cum neutra paene idonea ad proeliandum valeret, una die quater pugnavit et vicit sinistra, duobus equis eo insidente con-
105 fossis: ab Hannibale bis captus refugit, cum viginti mensibus, quibus captivitatis sortem perferebat, nullo momento sine conpedibus fuerit et catenis: omnibus asperrimis proeliis, quae tempestate illa Romani ex-

§ 102—104. 107 *similia Ammianus* 25, 3, 13

1 bitiae] *LSP*, bitie *A*, biciae *H*, bicie *B* ‖ appellantur (*suprascr.* l. uocantur) *A* ‖ has] *HSA*, eas *LBP* ‖ pugillas *h*, pupulas *Bern.* ‖ gemmas *H* 2 postimere uisus S^1, pertimere uisus S^2, perimere uisos *H* ‖ quem forte *A* 2 3 couspexerint *h* 3 hae sunt et in sardinia *om. LGP neque adsunt apud Plinium* 4 l.] *LHP*, quinquaginta *BS*, quinquaginta lucium *A* ‖ sincinium *H* 6 plebi] L^1P, plebi^s *B*, plebis *HSA* ‖ non *om. H* 7 a.] *H*, aulo *LP*, aulo (*suprascr.* aurelio) *B*, aurelio *SA* ‖ acerio *H* ‖ consulibus *om. A* 8 XL et v *A*, quadraginta et quinque *P*, quadragies quinquies *LHS* ‖ aduersa *P* ‖ h. adu. *A* 9 spolia] *SAP*, et spolia *LBH* ‖ tricies ex hoste *A* ‖ et *om. HS* 12 prosecutos *S*, persecutos *H* 15 in] an *S* 16 postea *om. A* ‖ ferr. sibi man. *A* 17 ualeret] haberet (*corr.* ualeret) *H* ‖ una die *deest apud Plinium culpa librariorum* 18 insedente *L*, incedento *B* 19 auuibale *LH*

PL. perti sunt, insignitus donis militaribus, a Trasimenno
Trebia Ticiuoque coronas civicas rettulit: Cannensi
quoque proelio, de quo refugisse eximium opus virtutis fuit, solus accepit coronam: beatus profecto tot suffragiis gloriarum, nisi heres in posteritatis eius successione Catiliua tantas adoreas odio damnati nominis obumbrasset.

PL. 7, 92 ‖ Quantum inter milites Sicinius aut Sergius, tan- 1, 106
tum inter duces, immo ut verius dicam inter omnes
PL. 7, 93 hominss Caesar dictator enituit. ‖ huius ductibus undecies centena XC et II milia caesa hostium: nam quantum bellis civilibus fuderit noluit adnotari. signis
collatis quinquagies et bis dimicavit, M. Marcellum 107
solus supergressus, qui novies et tricies pari modo
PL. 7, 92 fuerat proeliatus. ‖ ad haec nullus celerius scripsit,
nemo velocius legit: quaternas etiam epistolas perhi-
SOL. betur simul dictasse: ‖ benignitate adeo praeditus, ut quos armis subegerat clementia magis vicerit.

PL. 7, 88 ‖ Cyrus memoriae bono inclaruit, qui in exercitu, 108
cui numerosissimo praefuit, nominatim singulos adloquebatur. fecit hoc idem in populo Romano L. Scipio. sed et Cyrum et Scipionem consuetudine credamus
profecisse: Cineas Pyrrhi legatus postero die, quam 109
ingressus Romam fuerat, et equestrem ordinem et senatum propriis nominibus salutavit. rex Ponticus Mithridates duabus et viginti gentibus, quibus impe-
PL. 7, 89 ritabat, sine interprete iura dixit. ‖ memoriam et arte

1 insignitus] *LBP*, insignis *HSA* ‖ trasimenno] *hA*, trasymenno *LP*, thrasimenno *B*, thrasymenno *S*, trasimno *Bern.* 2 trebea *BA* ‖ camnensi *S* 5 in post.] impotestatis *H* 8 sincinius *H* 10 enituit] *LSAP*, emicuit *B*, retinuit *H* 11 xc et duo] *AP ut Plinius*; quadraginta et duo *S*, xxx et II *LBH* 12 adnotari] *HSA*, adnotare *LP*, aduocare *B* 13 m̄. *om. HS* 16 *ante* nemo *ins.* nemo uelocius dictauit *L mg.* 16 17 sim. dict. perh. *A* 19 claruit *A* ‖ in exercitu] exercitum *P*; in *L s. v.* 20 cui] in S^2 ‖ praefuit *om.* P^1 21 in populo romano] imperator *H* 22 consuetudinem *S* ‖ credimus *H* 27 interpretatura *S* ‖ ex arte P^2

fieri palam factum est, sicut Metrodorus philosophus,
‖qui temporibus Diogenis cynici fuit, in tantum se IGN.
meditatione assidua provexit, ut a multis simul dicta
non modo sensuum, sed etiam verborum ordinibus de-
1, 110 tineret. ‖nihil tamen in homine aut metu aut casu PL. 7, 89
aut morbo facilius intercipi saepe perspectum est.
‖qui lapide ictus fuerat accepimus oblitum litterarum, PL. 7, 90
Messallam certe Corvinum post aegritudinem quam
pertulerat percussum proprii nominis oblivione, ‖quam- IGN.
111 libet alias ei sensus vigeret. memoriam metus peri-
mit: invicem vocis interdum est incitamentum, quam
non solum acuit, sed etiam si numquam fuerit ex-
112 torquet. denique cum olympiade octava et quinqua-
gesima victor Cyrus intrasset Sardis Asiae oppidum, cf. PL. 11, 270
ubi tunc Croesus latebat, Atys filius regis, mutus ad
id usque temporis, in vocem erupit vi timoris; ex-
clamasse enim dicitur: parce patri meo, Cyre, et ho-
minem te esse vel casibus disce nostris.

113 ‖Tractare de moribus superest, quorum excellentia PL. 7, 100
maxime in duobus enituit. Cato princeps Porciae
gentis, senator optimus, orator optimus, optimus im-
perator, causam tamen quadragies et quater dixit, di-
versis odiorum simultatibus adpetitus, semper abso-
114 lutus. unde Scipionis Aemiliani laus propensior, qui
praeter bona quibus Cato clarus fuit, etiam publico
115 amore praecessit. ‖vir optimus Nasica Scipio iudi- PL. 7, 120
catus est, non privato tantum testimonio, sed totius

1 methodorus *h*, metrodorsum *S*, methroclorus *B* 4 sensum *h* 7 accipimus *HSA* 8 messalam *libri* ‖ coruinium oratorem *L m.* 2 9 tulerat *HS* 10 11 perimit] *A*, peremit *LBHSP* 11 inuicem] contra *AP*[2] 12 ocuit *h* 13 octaua *om. A* 14 as. opp. sardas *AP*[2] 15 tum crysus *S* ‖ atys] *LHSA*, atis *B*, athys *P* ‖ regis] eius *A* 15 16 ad id] addit *S*, ad id locorum *P*[2] 18 esse uel] *LBP*, uel *HS*, *om. A* 19 excellentiam *S* 20 emicuit *h* ‖ *a* cato princeps *incipit G* 21 gentium *S* 21 22 opt. opt. imp.] *BHS* (*ubi in mg.* 'deest hic'), opt. imp. *G*, opt. imp. opt. *LAP* 23 odiosum *S* 23 24 semper absolutus *om. HSA contra Plin.* 25 cata *S* ‖ a publico *S* 27 tantum] tamen *H* ‖ potius *H*

ION. senatus sacramento: ‖ quippe quod inventus dignior
non fuit, cui praecipuae religionis crederetur minis-
terium, cum oraculum moneret arcessi sacra deum
matris Pessinunte.
PL. 7, 133 ‖ Plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt: 1, 116
sed hoc bonum hereditarium numquam fuit nisi in
familia Curionum, in qua tres serie continua oratores
fuere. magnum hoc habitum est sane eo saeculo, quo 117
facundiam praecipue et humana et divina mirata sunt.
PL. 7, 109 ‖ quippe tunc percussores Archilochi poetae Apollo
prodidit, et latronum facinus deo coarguente detec-
tum. cumque Lysander Lacedaemonius Athenas ob- 118
sideret, ubi Sophoclis tragici inhumatum corpus ia-
cebat, identidem Liber pater ducem monuit per quie-
tem, sepeliri delicias suas sineret: nec prius destitit, 119
quam Lysander cognito qui obisset diem et quid a
numine posceretur, indutias bello daret, usque dum
ION. congruae supremis talibus exequiae ducerentur. ‖ Pin- 120
darum lyricum e convivii loco cui imminebat ruina,
ne cum ceteris interiret, forinsecus Castor et Pollux
vocaverunt, inspectantibus universis: quo effectum, ut
PL. 7, 112 solus impendens periculum evaderet. ‖ numerandus 121
post deos Cn. Pompeius Magnus intraturus Posidonii
domum, clarissimi tunc sapientiae professoris, percuti
ex more a lictore fores vetuit, summissisque fascibus,
quamlibet confecto Mithridatico bello et orientis vic-
PL. 7, 114 tor, sententia propria cessit ianuae litterarum. ‖ Afri- 122

2 praecipuo regionis *S* 3 arcessi] *LBHP*, arces *S*, arcersi *G*, accersi *A* 3 4 deum m. pess. *om. H* 4 pissinumte *S* 6 bonum *om. H* ‖ heretarium *S* ‖ numquam non fuit *A* 7 orationes *G* 8 eo] eos *G* 9 sunt] sum *G* 10 percussores] cussores *G*, per successores *A* 11 arguente *HS* 11 12 detectum] *LGS*, detectum est *HP*, retectum est *A* 14 ideo idem *S* 15 relicias L^2,delias *S* ‖ sinret *S* 16 linsa.der *S* ‖ qui] *LH*, quo *GB*, quis *SA* ‖ die *GB* 17 posceret *S* 18 tullibus exequia *S* 19 counii *S*, conuiuio *A* 20 castor] eum castor *A* ‖ et] ex *S* 21 quod *P* ‖ eff. est *H* 22 numerandos *S* 23 possidonii *libri* 24 carissimi *S* 25 ex more] et in ore *S* ‖ lictoribus AP^2 ‖ uetuit] nauit *S* ‖ demissis P^2 ‖ que *om. A*

canus prior Q. Ennii statuam imponi sepulcro suo
iussit. ‖ Uticensis Cato unum ex tribunatu militum PL. 7, 113.
philosophum, alium ex Cypria legatione Romam ad- 112
vexit, professus plurimum se eo facto senatui et po-
pulo contulisse, quamlibet proavus eius saepissime
1, 123 censuisset Graecos urbe pellendos. ‖ Dionysius ty- PL. 7, 110
rannus vittatam navem Platoni obviam misit: ipse
cum albis quadrigis egredientem in littore occurrens
honoratus est. ‖ perfectam prudentiam soli Socrati PL. 7, 118
oraculum Delphicum adiudicavit.
124 ‖ Pietatis documentum nobilius quidem in Metel- IGN.
lorum domo effulsit, ‖ sed eminentissimum in plebeia PL. 7, 121
puerpera reperitur. humilis haec atque ideo famae
obscurioris, cum ad patrem, qui supplicii causa clau-
stris poenalibus continebatur, aegre obtinuisset ingres-
sum, exquisita saepius a ianitoribus ne forte parenti
cibum sumministraret, alere eum uberibus suis de-
125 prehensa est: quae res et locum et factum consecra-
vit: nam qui morti destinabatur, donatus filiae, in
memoriam tanti praeconii reservatus est: locus di-
126 catus suo numini Pietatis sacellum est. ‖ navis a IGN. *cf.* PL.
Phrygia gerula sacrorum, dum sequitur vittas casti- 7, 120
tatis, contulit Claudiae principatum pudicitiae. at
Sulpicia Paterculi filia, M. Fulvii Flacci uxor, cen-
sura omnium matronarum e centum probatissimis haud
temere delecta est, quae simulacrum Veneris, ut Si-
byllini libri monebant, dedicaret.

1 enni *S* 3 cypria] *GP*, cipria *L*, curia *HSA* 3 4 aduexit] duxit *AP*² *et pro gl. L* 4 eo f. pl. se *A* 5 quamuis *A* ‖ sepisse *A* 7 uitatam *hS* 8 e littore accurrens *A* 9 honorauit *G solus* ‖ Socrati] crati *S* 11 pietas *G* 12 effulsit] *HSA*, refulsit *LGP* 16 ianitoribus *S* 17 administraret *HS* 18 19 consecrauit] honestauit *AP*² 19 donatus] destinatus est *A* 20 tanti] tan *G* 21 numini] *L*²*HP*, nomini *L*¹*GSA* 21 22 est nauis a frigia] *LBP*, est nauis africa *G*, fuit nam uisa frigia *HSA* 22 regula *HS* ‖ uitas *L*¹*G* 22 23 castitatis *om. G* 23 24 at supplicia *GP*¹, et supplicia *S* 24 paterculis *A* ‖ fului] *LGAP*, uului *S* ‖ flaxi *S*, pacci *H* 26 delecta] *L*²*GHS*, dilecta *L*¹*BP*, electa *A* ‖ simulacrorum *A* 27 libri] bri *G*

PL. 7, 137 ‖ Quod attinet ad titulum felicitatis, necdum re- 1, 127
pertus est, qui felix censeri iure debuerit: namque
PL. 7, 151 Cornelius Sulla dictus potius est quam fuit felix. ‖ so-
lum certe beatum cortina Aglaum iudicavit, qui in
angustissimo Arcadiae angulo pauperis soli dominus
numquam egressus paterni cespitis terminos inve-
nitur.

IGN. ‖ De homine satis dictum habeo. nunc, ut ad 2, 1
destinatum revertamur, ad locorum commemoratio-
nem stilus dirigendus est atque adeo principaliter in
Italiam, cuius decus iam in urbe contigimus. sed 2
Italia tanta cura ab omnibus dicta, praecipue M. Ca-
tone, ut iam inveniri non sit quod non veterum auc-
PL. 3, 41 *auctus* torum praesumpserit diligentia, ‖ largiter in laudem
excellentis terrae materia suppetente, dum scriptores
praestantissimi reputant locorum salubritatem, caeli
temperiem, ubertatem soli, aprica collium, opaca ne-
morum, innoxios saltus, vitium olearumque proventus,
nobilia pecuaria, tot amnes, lacus tantos, bifera vio-
laria: inter haec Vesubium flagrantis animae spiritu 3
vaporatum, tepentes fontibus Baias, colonias tam fre-
quentes, tam adsiduam novarum urbium gratiam, tam
PL. 3, 56 *auctus* clarum decus veterum oppidorum, ‖ quae primum Abo-
rigines Aurunci Pelasgi Arcades Siculi, totius pos-

v. 21 tepentes fontibus Baias *Isidorus* 14, 4, 19

1 attinet] *LGP*, attineat *HSA* 3 sylla *LAP*, silla *G* 4 acilaum *G* 6 egressus *om.* *H* 8 habe P^2 ‖ ut] at *A* 9 ad] in P^1 10 ideo *A* 10 11 in italiam] *HSAP*, in italia *B*, italiam *L*, italia *G* 12 ab *om.* P^1 ‖ dicta est *AP* ‖ marco catone] *HSA*, a m. catone LP^2, a catone *G*, marco catoni P^1 13 sit] *HSA*, possit *LGP* 13 14 auctorum *om.* *A* 15 materiae *A*, materi *G* 18 innoxus *S* 19 nobilia] *AP*, obilia S^1, onilia HS^2, nonalia *LG*; tam nobilia pecudi uellera *Plin.* 20 uesnbium] *LGHAP*, uersubium *S* 21 naporatum] *HSA*, uaporantem *LGP* ‖ boias *h* ‖ colonia *S* ‖ tam] tem *P* 23 primo *A* 23 24 aborigentes *S* 24 arunci *G*

tremo Graeciae advenae et in summa victores Romani PL.
condiderunt: ‖ ad haec laterum portuosa, orasque pa- PL. 3, 41
tentibus gremiis commercio orbis accommodatas.
2, 4 ‖ Verum ne prorsus intacta videatur, in ea quae IОN.
minus trita sunt animum intendere haud absurdum
videtur et parcius depasta levibus vestigiis inviare.
5 nam quis ignorat vel dicta vel condita a Iano Iani-
culum, a Saturno Latium atque Saturniam, ‖ a Danae PL. 3, 56
Ardeam, ‖ a comitibus Herculis Polyclen, ab ipso in ION.
Campania Pompeios, qua victor ex Hispania pompam
6 boum duxerat? in Liguria quoque lapidarios campos,
quod Iovi eo dimicante creduntur pluvisse saxa: re-
gionem Ionicam ab Ione Aulochi filia, quam proca-
citer insidentem vias Hercules ut ferunt interemit:
‖ Archippen a Marsya rege Lydorum, quod hiatu ter- PL. 3, 108

v. 7 a Iano — *p.* 36 *v.* 9 a Pyliis *compilavit omissis multis Capella* 6, 642; *v.* 7 a Iano — *v.* 11 duxerat *Isidorus* 15, 1, 50. 51

1 summo *H* 2 litorum *G*, lucorum (*corr.* lictorum) *B* 2 3 petentibus *A* 4 uerun *P* ‖ uideantur *H* 5 minus *om. H* ‖ obsurdum *G* 6 et] aut *A* ‖ depauita P^2 7 ignoret *A*, *om. h* ‖ dictam nel conditam *B*, dictam (*om.* nel condita) *G* ‖ ab iano *liber nullus* 8 danae] *SA*, dane *LGHP* 9 polyclen] *LGSP*, polychlen *A*, poliden *H*; Polieon *coni. Salmas. male; scite vero attulit Rothius haec Dionysii* 1, 44: *Ἡρακλῆς δ' ἐπεὶ .... ὁ ναυτικὸς αὐτῷ στρατὸς σῶος ἐξ Ἰβηρίας ἀφίκετο, ... πολίχνην ἐπώνυμον αὐτοῦ κτίσας, ἔνθα ὁ στόλος αὐτῷ ἐναυλοχεῖτο, ἣ καὶ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων ἦν οἰκουμένη, Νέας πόλεως καὶ Πομπηίας ἐν μέσῳ κειμένη, λιμένας ἐν παντὶ καιρῷ βεβαίους ἔχουσα ... ἀπῆρεν εἰς Σικελίαν.* 10 pompeius *S* 11 duxit P^2 ‖ lycuria *S* 12 ioui] *LHS*, ioue *GBA*, ibi *P*; quod eodem dimicante saxis fernnt pluisse caelum *Capella* (*ubi ne credas Koppio quae de Solinianis libris adnotarat Salmasius male referenti ad Martianos*). *Saxa pluisse Iovi pro eo quod est pluisse a caelo Solinus hoc loco videtur posuisse; quamquam lectio Parisini libri per se longe praestat* ‖ dimicantes *S* ‖ plunisse s.] *GSP*, plu.isse s. *L*, s. pluisse *A*, placuisse (*corr.* pluisse) s. *h*, pluisse s. *Bern.* 13 ione anlochi] *GBP*, hione anlochi *S*, ione anloci *H*, ionanlochi *L*, ione nanlochi *A*; Ionem Antocli filiam *Capella* 14 insidientem *S* ‖ herculis int. ut ferunt *A* 15 archippen a] *SP*, archipenam *A*, arcipen a *H*, arcippen a *LG* ‖ marsia] *LGP*, marsa *HS*, maresa *A*

PL. 3, 70 rae haustnm dissolutum est in lacum Fucinum: ‖ ab 2, 7
PL. 3, 50 Iasone templum Iunonis Argivae: ‖ a Pelopidis Pisas:
IGN. PL. 3, 102 ‖ a Cleolao Minois filio Daunios: ‖ Iapygas ab Iapyge
PL. 3, 50 Daedali filio: ‖ Tyrrhenos a Tyrrheno Lydiae rege:
PL. 3, 63. 51. 7, 193 ‖ Coram a Dardano: ‖ Agyllam a Pelasgis, ‖ qui primi in
PL. 3, 51 *auct.* Latium litteras intulerunt: ‖ ab Haleso Argivo Falis-
IGN. cam: a Falerio Argivo Falerios: ‖ Fescenninum quo-
PL. 3, 72 que ab Argivis: ‖ portum Parthenium a Phocaënsibus:
IGN. ‖ Tibur, sicut Cato facit testimonium, a Catillo Arcade
praefecto classis Euandri; sicut Sextius, ab Argiva
iuventute. Catillus enim Amphiarai filius, post pro- 8
digialem patris apud Thebas interitum, Oeclei avi
iussu cum omni fetu ver sacrum missus tres liberos
in Italia procreavit, Tiburtum Coram Catillum, qui
depulsis ex oppido Siciliae veteribus Sicanis a no-
mine Tiburti fratris natu maximi urbem vocaverunt.
mox in Bruttiis ab Ulixe extructum templum Mi- 9
nervae. insula *Ligea appellata ab *eiecto ibi cor-

1 ausum *S* 2 iunonis] iouis *h* ‖ pelopidis] *GHSP*[1], pelopedis *P*[2], pelopidi. *L*[1], pelopide *AL*[2]; *unde emendatur Plinius*: a Pelopidis (*libri* a pelope pisisque) sive a Teutanis 3 daunius *A* ‖ iapiias *P* ‖ ab iapige] *LGP*, ab iapugo *S*, ab iapagao *A*, a iapigae *H* 4 silio *S* ‖ tyrrbenus *A*, tyrreñ *S* 5 dardano] *HSAP*[2] *cum Capella*, dardanis *L*[1]*GP*[1] ‖ agyllam a] agyllano *S*, agellan a *A*, agillinam a *H*; Agyllinam Pelasgi *Capella* ‖ pelagis *S* 5 6 primus in latinum l. intulerat *S* 6 7 faliscam a f. argiuo *om. GP*[1], *item cod. Paris.* 7230 *A*, *qui primae classis est, habent autem LBHSAP*[2]; *cf. Strab.* 5, 2, 9 *Φαλέριοι καὶ Φαλίσκοι; Stephanus p.* 656 *Mein.: Φαλέριον ... πόλις Τυρρηνίας. Φαλίσκος πόλις Ἰταλίας ἄποικος Ἀργείων.* ‖ faliscam] *HP*[2], phaliscam *LA*, faliscum *S* 7 falerio] *LHSP*[2], phalerio *A* ‖ falerios] falerius *S*, phalerios *A* ‖ fescennium *P*[2] 8 parthemium *A*, patbenium *h*, porthenium *P*[2] ‖ Phocaensibus *scripsimus*, phocensibus *A*, focensibus *LGHSP* 9 arcadiae *A* 10 sextius] secius *A* 12 interitu *A* ‖ oeclegi *S*, oclei *G* 13 fetu u. s.] uersacri *S* 14 cathillum *L hoc solo loco* 15 depulsus *A* ‖ ex oppido Siciliae *induxit Salm.* ‖ siciliae] sicania *A* 16 fratri *S* 17 bruttiis *LGhP*, brittiis *Bern.*, butris *S*, bruciis *A* 18 ligea] *P*[2] *Salm.*, lincea *LG*, lyncea *P*[1], liger *HSA* ‖ ab eiecto] *Salm.*, abiecto *libri*

pore Sirenis ita nominatae: || Parthenope a Partheno- PL. 3, 62
pae Sirenis sepulcro, quam Augustus postea Neapo- *auctus*
lim esse maluit: || Praeneste, ut Zeuodotus, a Prae- ION.
neste Ulixis nepote Latini filio; ut Praenestini sonant
libri, a Caeculo, quem iuxta ignes fortuitos invene-
2, 10 runt, ut fama est, Digidiorum sorores. Notum est a
Philoctete Petiliam constitutam, Arpos et Beneventum *cf.* PL. 3, 104
a Diomede, Patavium ab Antenore, Metapontum a
Pyliis, || Scylaceum ab Atheniensibus, || Sybarim a PL. 3, 95 ION.
Troezeniis et a Sagari Aiacis Locrii filio, Sallentinos
a Lyctiis, || Anconam a Siculis, || Gabios a Galatio et PL. 3, 111 ION.
Bio Siculis fratribus, ab Heraclidis Tarentum, in-
sulam Tempsam ab Ionibus, Paestum a Dorensibus,
a Myscello Achaeo Crotonam, Regium ab Chalci-
densibus, Cauloniam et || Terinam a Crotoniensibus, PL. 3, 72

v. 1 Parthenope — 3 maluit *compilavit Isidorus* 15, 1, 60

1 ita — 2 sirenis *suppl.* L^2 || nominati *hS* || parthenope a parthenope] *SA*P^2, parthenopea a parthenope L^2H, parthenopis a parthenepe *GB*P^1 2 qnem *P* 4 nepoti *H* 5 saeculo *S* 5 6 inuenerat *A* 6 digidiorum] *G*P^1, digisiorum (*corr.* ligidiorum) *B*, digi.iorum L^1, digytiorum *S*, digitiorum *A*L^2P^2 *Bern.*, digitornm *h*; *iidem dicuntur* Depidii *schol. Veron. ad Vergilii Aen.* 7, 681, Divi *Servio ad l. c.* 7 philochtete *L*, philochete *G*, philocthete *B*, philotete *S*, philoctete *Bern.*, philotecte *h*, philochteta P^2, philoeteca *A* || pectiliam *H* || aipos *h*, apros *P* 8 putauium P^1 || metapontium *h* 8 9 a gylis P^2 9 scilaceum] *H*, scilacenum *S*, scyllaceum *rel.* || athaniensibus *S*, antenensibus *H*, antheniensibus *A* || sybarim] *AP*, snbarim *LGHS* 10 troezenis *A*, tryzeniis *LP*, trizeniis *GH*, trizeneis *S* || et sagari (*om.* a) *A* || sallentinos] *LGAP Bern.*, salentinos *S*, sallemtinos *h* 11 a lyctiis] *S*, a licciis *A*, a salictiis *H*, sallictiis *L*, sallictus *P*, sallectus *GB* || galatio] *GHSA*, galito *P*, galit. L^1, galitio L^2, galicio *B* 12 byo *LP* || heraclidis] *A*, heraclidiis *LHP*, eraclidiis *GS* 12 13 insulam *om. S* 13 tempsam] *A*, tensam *LGHSP* || a dorensibns] *LGP*, aboriensibus *HA*, ab orientibus *S* 14 myscello] *S*, miscello *LGH*, myscelo *P*, miscelo *A* || acleo *S* || crotanam *S*, crotoniam *H*, crotonum P^2 14 15 ab calcidensibus] *LGP*, acbalcidentibns *S*, a calcidensibus *HA* 15 canloneam *LGHSP*, gaulonam *A* || terinam] *AP*, cerinam *LGS*, caerinam *H*

IGN. a Nariciis Locros, Heretum a Graecis in hono-
rem Herae (sic enim Iunonem Graeci vocant), Ari-
ciam ab Archilocho Siculo, unde et nomen, ut He-
minae placet, tractum. hoc in loco Orestes oraculo 2, 11
monitus simulacrum Scythicae Dianae, quod de Tau-
rica extulerat, prius quam Argos peteret consecravit.
a Zanclensibus Metaurum locatum, a Locrensibus
Metapontum quod nunc Vibo dicitur, Bocchus ab-
solvit. Gallorum veterum propaginem Umbros esse
PL. 3, 112 M. Antonius refert; ‖ hos eosdem, quod tempore aquo-
sae cladis imbribus superfuerint, Umbrios graece no-
PL. 3, 99 *auctus* minatos. ‖ Liciniano placet a Messapo Graeco·Mes- 12
sapiae datam originem, versam postmodum in nomen
Calabriae, quam in exordio Oenotri frater Peucetius
IGN. Peucetiam nominaverat. ‖ a gubernatore Aeneae ap- 13
pellatum Palinurum, a tubicine Misenum, a conso-
brina *Leucosiam insulam inter omnes perspicue con-
venit; a nutrice Caietam, ab uxore Lavinium quod

v. 9 Gallorum — 12 nominatos *compilarunt Servius ad Aen.* 12, 753 *et Isidorus* 9, 2, 87. 14, 4, 21 ‖ § 12 *compilavit Isidorus* 15, 1, 58 ‖ *v.* 18 ab uxore Lavinium *compilavit Isidorus* 15, 1, 52

1 naricibus *G* 1 2 honore *GB* 2 gr. iun. *HS* 3 nomem *A* 5 scythicae *erasum in L* 5 6 de taurica] te tauriga *S* 7 zanclensibus] *LP*, zanclesibus *GHSA* ‖ locrensilius *S* 8 metapontum] hypontum P^2; Hipponium *Salm.* ‖ uibo] hiuibo P^2 9 ueterem *A* 10 refert] asseuerat *A* ‖ eosdem — 12 nominatos *om.* P^1 11 superfuerunt *HSA* ‖ umbrios] $LGAP^2$, ombrios *hS*, imbricos *Bern.* 12 liciniano] L^2GBP, liciano L^1, luciniano *A*, lutiniano *S*, lucinio *H* ‖ mesapo *L*, maesapo *G* 12 13 mossapiae datam] LGP^1 *cum Isidoro*, messapiae atam *S*, messapiam eam tamen *H*, messapiam dictam *A*, missam dictam P^2 13 origine *HA*, in origine P^2 14 oenotris fratres *S*, oenotris fratris *A* 14 15 penaetins penaetiam *S*, puecetius puecetiam *H* 15 par sententia est inter auctores *ante* a gub. *ins.* L^2AP^1 *Bern.* 15 16 appellatum] *LGP*, appellatur *HSA* 17 leucosiam] P^2, leucotiam *A*, leocotiam $LHSP^1$, leocotinam *G* ‖ inter omnes perspicuo conuenit *om.* P^1, *in L erasum, sed mox rursum repositum* ‖ perspicno *G solus* 18 nutrice] *A*, nutrice caieta *LGSP*, caieta nutricae *H* ‖ esse nuncupatum *post* lau. *ins. A Bern.*

post Troiae excidium, sicuti Cosconius perhibet, quarto IGN.
anno extructum est.
2, 14 Nec omissum sit Aenean aestate ab Ilio capto
secunda Italicis litoribus adpulsum, ut Hemina tradit,
sociis non amplius sexcentis, in agro Laurenti po-
suisse castra: ubi dum simulacrum, quod secum ex
Sicilia advexerat, dedicat Veneri matri quae Frutis
dicitur, a Diomede Palladium suscepit, tribusque mox
annis cum Latino regnat socia potestate, quingentis
15 iugeribus ab eo acceptis: quo defuncto summam biennio
adeptus apud Numicium parere desiit anno septimo.
16 patris Indigetis ei nomen datum. deinde constituta
ab Ascanio longa Alba, Fidenae, Aricia; Nola a
Tyriis, ab Euboënsibus Cumae. ibidem Sibyllae sa-
cellum est, sed eius quae rebus Romanis quinquage- PL. 13, 88
sima olympiade interfuit || cuiusque librum ad Corne-
17 lium usque Sullam pontifices nostri consulebant: tunc
enim una cum Capitolio igni absumptus est: nam
priores duo, Tarquinio Superbo parcius pretium offe-
rente quam postulabatur, ipsa exusserat. || huius se- IGN.
18 pulcrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam autem
Sibyllam ante Troiana bella vaticinatam Bocchus au-
tumat, cuius plurimos versus operi suo Homerum in-
seruisse manifestat. hanc Herophilen Erythraea annis

1 excid. troiae *H* || troiae] iliae *in litura S* || sicut *S* || consonius *h* 2 extructus *G* || est *om. H* 3 aeuean] *L*, anean *G*, aeneam *HSAP* 5 aplius *hS* 7 adduxerat *A* || dedicauit *P* || quae] quod *A* 8 sus-cepit] *LG Bern.*, suscipit *AP*, suscepisse *hS* 9 regnauit *S*, *om. h* 10 acceptus *G* 11 numicium] *HA*, nomicium *S*, numicum *LGP²*, nimicum *P¹* || apparero *S*, parere *P²* *et suprascr.* i. ap *A*, parare *P¹* || desiuit *AP* 12 patris] *hSA*, patrisque *LGP Bern.* || deinde *om. H* 13 arcanio *S* || longa alba] *LGP*, alba longa *HSA* || atricia *S* 14 tyris *LGS* 17 ad *ante* syllam *ins. in litura L* || syllam *LGSAP*, sillam *H* 18 adsumptus *S*, assumptus *A* 19 duos *H* 20 cuius *A* 22 23 autumat] perhibet *AP²* 24 herofilen] *P²*, erofilan *A*, herifilen *LGP*, orifylen *S*, erifilen *H*

IGN. aliquot intercedentibus insecuta est Sibyllaque ap-
pellata est de scientiae parilitate, quae inter alia mag-
nifica Lesbios amissuros imperium maris multo ante
praemonuit quam id accideret. ita Cumanam tertio
fuisse post has loco. ipsa aevi series probat.
PL. 3, 56 Ergo Italia, ‖ in qua Latium antiquum antea a 2, 19
Tiberinis ostiis ad usque Lirim amnem pertinebat,
MELA 2,4,1 ‖ universa consurgit a iugis Alpium, porrecta ad Re-
gium verticem et litora Bruttiorum, quo in maria
meridiem versus protenditur. inde procedens paulatim 20
se Appennini montis dorso attollit, extenta inter Tus-
cum et Adriaticum, id est inter superum mare et
PL. 3, 43 inferum, ‖ similis querneo folio, scilicet proceritate
MELA 2,4,1 amplior quam latitudine. ‖ ubi longius abiit, in cornua 21
duo scinditur, quorum alterum Ionium respectat aequor,
MELA 2,4,8 alterum Siculum: ‖ inter quas prominentias non uno
margine accessum insinuati freti recipit, sed linguis
proiectis saepius ac procurrentibus distinctum pro-
IGN. munturiis pelagus accipit. ‖ ibi, ut obvia passim no- 22
PL. 3, 73 temus, arces Tarentinae, ‖ Scyllacea regio cum Scyllaeo

v. 13 proceritate a. q. l. *ex Plinio Solinove Isidorus* 14, 4, 18 ‖ *v.* 20 Scyllacea — *p.* 40 *v.* 8 habitatae *compilavit alienis admixtis Capella* § 641

1 quae *om.* *HS* ‖ ualet *H* 2 callidem *G* 5 briario *LGAP* ‖ caristi *LG* 6 chalcidienses] *GSAP*, chalcidinses *L*, calcidientes *H* 8 quod licet] autumant *S* 10 et *om.* *A* ‖ cyclon] *LSAP*, ciclon *H*, cichoin *G* ‖ graii] *LP*, grai *HSA*, gra *G* 10 11 loquuntur] ferunt *AP*² 11 chios (cyos *H*)] *libri*, Ios *Salm.* ‖ tumulum *hS* 12 est] et *S* 13 ogygy *S* ‖ notandum *H* ‖ et *om.* *A* 14 delos *P*² 16 uiribus *S* 17 ogicium *G* ‖ et *om.* *h* 18 est] est et *A* 19 in] est in *A* ‖ insularum *post* cycl. *add.* *LGP* ‖ mult.] quae mult. uocata *A* ‖ asteria] *LGP*, austeria *HSA* 20 cultura *A* ‖ langia *H* 21 pyrpile] *L*, pyrpilae *G*, pyrpyle *SP*, pirpile *A*, parpilae *H* ‖ et ignitabula ibi et ignis] de ignitabulis semina ibi ignis *A*, de ignitabulis seminalbi *P*²

11, 20 ‖ In hac primum visae coturnices aves, quas ortygas Graeci vocant. has easdem in Latonae tutela aestimant constitutas. ‖ nec semper apparent: advenicndi habent tempora aestate depulsa. ‖ cum maria tranant, impetus differunt et metu spatii longioris vires
21 suas nutriunt tarditate. ‖ ubi terram persentiscunt, coeunt catervatim, deinde globatae vehementius properant. quae festinatio plerumque exitium portat navigantibus: accidit enim noctibus ut vela incidant et praeponderatis sinibus alveos *mergant. ‖ austro numquam exeunt, nam metuunt vim flatus tumidioris. plurimum se aquilonibus credunt, ut corpora pinguiuscula atque eo tarda facilius provehat siccior et ve-
22 hementior spiritus. ortygometra dicitur quae gregem ductitat: eam terrae proximantem accipiter speculatus rapit ac propterea opera est universis ut sollicitent ducem generis externi, per quam frustrentur prima
23 discrimina. ‖ cibos gratissimos habent semina venenorum, quam ob causam eas damnavere prudentium mensae. solum hoc animal praeter hominem morbum patitur comitialem.
24 ‖ Euboea tam modico aestu dividua est a Boeotiae continente, ut dubitandum sit an numerari inter

[Margin: v. 1 ION. — v. 3 PL. 10, 64 cf. 61 — v. 4 ION. — v. 6 PL. 10, 65 — v. 10 PL. 10, 66 — v. 18 PL. 10, 69 — v. 22 PL. 4, 63]

v. 1 in hac — 4 aestate depulsa *compilavit Isidorus* 12, 7, 64. 14, 6, 21 ‖ *v.* 14 ortygometra — 21 comitialem *compilavit Isidorus* 12, 7, 65

1 hanc *H* 1 2 ortigas] *S*, ortygias *GA*, ortigias *LHP* 2 eadem *A* 4 habent] enim habent *H* 5 differtur *A* 6 consentiscunt *H* 7 caternatim] *LGAP*, acernatim *HS* ‖ dein *A* ‖ conglobatae *HS* 9 noctibus] *HSAP*[1], in noctibus *LGP*[2] 10 praeponderatis] inpulsis *AP*[2] ‖ aluos *G* ‖ mergant *scripsimus*; uergant *LGHSP*[1], inuertant *AP*[2]; mergunt nauigia *Plin.* ‖ astro *G* 11 *fortasse* umidioris; umido et graviore vento *Plin.* 12 se] de *HS* 12 13 pinguiscula *S* 14 ortygomatra *S*, ostigometra *G* ‖ dicit quem *S* 15 eam] eandem *A* 17 quam] *LGSA Isidorus*, quem *HP* ‖ frustrentur] *AP*, frustentur *LGHS* 19 causam] causas in *S* 20 praeter] prae *G* 22 tam *om. LG* ‖ a *om. h* 23 contiuentem *A*, continenti *H*

PL. insulas debeat: nam latae quam vocant terrae ponte
iungitur et per fabricam brevissimae machinae aditur
pede. Cenaeo promunturio vadit in septentrionem,
duobus aliis in meridiem extenditur: quorum Geraes- 11, 25
tos spectat Atticam, Caphereus prominet in Helles-
ION. pontum. || ubi post Ilii excidium Argivam classem vel
Minervae ira vel quod certior prodit memoria, sidus
Arcturi gravibus adfecit casibus.
PL. 4, 67 || Marmore Paros nobilis, Abdelo oppido frequen- 26
ION. tissima: prius tamen Minoia quam Paros dicta: || nam
subacta a Minoe, quoad in Creticis mansit legibus,
PL. 37, 105 Minoiam loquebantur. || praeter marmor dat et sar- 27
dam lapidem, qui marmore quidem praestat, inter gem-
PL. 4, 67 mas vero vilissimus ducitur. || Naxon a Delo duo- 28
deviginti milia passuum separant, in qua Strongyle
oppidum: sed Naxos Dionysias quam Naxos prius
ION. PL. 4, 67 dicta, || vel quod hospita Libero patri || vel quod fer-
PL. 4, 68 tilitate vitium vincat ceteras. || sunt praeterea Cycla- 29
des plurimae, sed in supra dictis praecipuum est
quod memoriae debeatur. de Sporadibus est Icaros 30
PL. 4, 51 quae Icario mari nomen dedit. || haec inter Samum
ION. et Myconum || procurrentibus saxis inhospita ac nullis
sinibus portuosa ob inhumana litorum infamis est.

v. 10 prius tamen — 14 ducitur *compilavit Isidorus* 14, 6, 29. 16, 8, 2 || v. 14 Naxon — 18 vincat ceteras *compilavit Isidorus* 14, 6, 27 || v. 20 Icaros — 86, 2 nomen loco *compilavit Isidorus* 14, 6, 26

1 pouto *A* 2 auditur *G*, adicitur *h* 3 pedes *A* || ceneo *G*, caeueo *SAP*, cheneo *H*, caeleo (*corr.* caeueo) *L* || septentriones *H* 4 duabus alis *h* || meridio *L* || quarum *h* 4 5 geraestos] generatos *H* 5 capherens] *GP Bern.*, cafereus *L*, caphareus *h*, cathereus *A*, cathaereus *S* 6 archiuam *P* 7 prodiit *H* 9 nobiles *S* 11 minoe] *LHP*, mineo *G*, mynoe *A*, nimoe *S* 12 minciam *SA* || loquebatur *G* || preterea *H* || marmora *SA* 13 lapdem *h* || marmori *H* 14 uerissimus *L* || dicitur *LGH* || naxon a] uaxono *S*, naxoa *A* 16 dionysios P^2 20 destporatibns L^1, destrophadibus L^2H, de stropadibus P^2, de speradibns *G* || est] est et *HS* 21 mari *om.* *G* 22 micorium *A* 23 iubumanum *H* || est *om.* *LG*

vult ergo Varro Icarum Cretem ibi interisse naufragio, ION.
11,31 et de exitu hominis inpositum nomen loco. nam in
Samo nihil nobilius quam Pythagoras civis, qui mox
offensus fastu tyrannico, relicta domo patria Bruto
consule qui reges urbe exegit, Italiam advectus est.
32 ‖ Melos, quam Callimachus Memallida dixit, om- PL. 4, 70 *coll.* SOL. 6, 3
nium insularum rotundissima est iuxta Aeoliam. ‖ nam PL. 4, 71
Carpathus, a qua Carpathium sinum dicimus. ‖ num- ION. *cf.* PL. 4, 71. 72
quam ita caelum nubilum est ut in sole Rhodos non
sit. Lemnii Vulcanum colunt, ideo in Lemno me-
33 tropolis ‖ Hephaestia. praeterea oppidum Myrina, PL. 4, 72
in cuius forum mons Athos in Macedonia umbram
iacit. quod non frustra inter miracula notaverunt,
cum Athos a Lemno VI et LXXX milibus passuum se-
paretur. ‖ est sane Athos sublimis adeo ut altior MEL. 2, 2, 10
aestimetur quam unde imbres cadunt. quae opinio
in eo fidem concipit, quod in aris quas cacumine
sustinet numquam cineres eluuntur nec quidquam ex
aggeribus suis perdunt, sed quo relicti cumulo per-

v. 6 Melos — 7 rotundissima est *compilavit Isidorus* 14, 6, 28 ‖ *v.* 8 numquam — 10 Rhodos non sit *expressit Priscianus v.* 533. 534 ‖ *v.* 12 in cuius — 15 separetur *compilavit Isidorus* 14, 8, 10

1 cretem] *S*, cretae *A*, creteu *LGP*, cretensem *H cum Isidoro* ‖ naufragio int. *SA* 3 nob. nihil *SAP* 4 patria *fortasse del.* 5 exigit *L*[1] ‖ aduentus *G* ‖ est *om. S* 6 memallida] *HS*, menallida *A*, memallidam *LGP* 7 est *om. A* ‖ ecliam *G* 8 carpathusa *S*, carpadusa *A* 8 9 unquam *P* 9 rothos *A* 10 lemnio *H* 11 aephestia *LGP*, efestia *HSA* ‖ myrrina *LGA*, myrrhina *P*, mirrhina *H*, myrrhna *S* 12 foro *HSAP*[1] ‖ athos in macedonia] *LG*, athos in macedoniam *H*, athos e macedonia *AP*, atho e machedoniam *S* 13 iacet *G* 14 LXXX] LXX *H cum Isidoro* 15 est] et *HA* ‖ altior — 16 cadunt] *LGHP*[1] *cum Mela*, nubes superuadat *SAP*[2] 17 in eo] eo *P* ‖ concepit *LG* ‖ aris] ris *L*[1] ‖ cac.] in cac. *SAP* 18 sustinent *G* ‖ eluuntur] *LGH*, eluantur *SP*, eleuantur *A* ‖ ne *GS* ‖ quicquid *h* 19 perdunt] *LGH*, perdant *SAP* ‖ quo] *LG*, in quo *SAP*, *om. H* ‖ relictu *G* 19 cumulo permanent] *LGH*, cumulo permaneant *P*, fuerint modo maneant *SA*

MEL. manent. in summo eo oppidum Acroton fuit, in quo 11, 34
dimidio longior quam in aliis terris incolentium aetas
SOL. prorogabatur: || ideo inde homines macrobios Graeci,
nostri appellavere longaevos.
PL. 4, 75 || Quartus Europae sinus Hellesponto incipit, 12, 1
Maeoti ostio terminatur. atque omnis haec latitudo
quae Europam Asiamque dividit, in septem stadio-
rum angustias stringitur. hic est Hellespontus: hac 2
Xerxes ponte navibus facto permeavit. tenuis deinde
euripus porrigitur ad Asiae urbem Priapum, qua
magnus Alexander potiundi orbis amore transcendit
PL. 4, 76 et potitus est. || inde diffusus aequore patentissimo
rursus stringitur in Propontidem: mox in quingentos
passus coartatur fitque Bosporos Thracius, qua Darius
copias transportavit.
SOL. || Haec profunda delphinas plurimos habent, in 3
PL. 9, 20 quibus causae miraculi multiformes. || ante omnia
PL. 9, 21. 24 nihil velocius habent maria, || sic ut plerumque sa-
lientes transvolent vela navium. quoquo eant con-
iuges evagantur. catulos edunt: decimus mensis ma-
turum facit partum: lucinam aestivus dies solvit: ube- 4
ribus fetus alunt: teneros in faucibus receptant: in-
PL. 9, 22 validos aliquantisper prosecuntur. || in tricesimum an-

v. 6 omnis haec — 15 transportavit *compilavit Isidorus* 13, 16, 3 || *v.* 18 nihil — 19 navium *compilavit Isidorus* 12, 6, 11

1 eo *om.* *SA* || oppido *G* || acroton] *SA*, agroton *LG*, agronton *P*, carocon *H*; acroahon *Mela* (*Vat.*), agrathon *et* agrothon *libri Plinii* 4, 37; Acroathon *Salm.* || quo in *S* 2 in al. t.] alias terras *SA* || incolentibus *S* || aestas *G* 3 prerogabatur S^2 || macrobios] *LP*, matrobios *G*, marobios *H*, macrochios *A*, machroios *S* 5 hellesponte *GS* 6 meotis *LH*, moetis *G*, meotidis *SAP* || haec omnis *G* 8 has L^1G, quem L^2 9 xerses *S*, xerse *h* 10 euripius P^1 || quam *GS* 11 potiendi *h* 12 potitus] pontius *S* || inde] exin *H* || patentissima L^1 13 proponditen *h* 14 bosphoros *P*, bosforos *LGSA*, bosforus *H* || drarius *G* 15 transfretauit *S* 17 multiformis *SA* 19 transuolant SP^1 || quoqno eunt *SA*, quo coeant *LGP*, coennt *H* 20 edent *L* || decima *A* 20 21 maturum] mensurum *H* || estiuum *S* 21 22 uberius *h* 22 fauces *SA*

num vivunt, quod exploratum est in experimentum
caudis amputatis. ‖ ora non quo ceterae belvae loco PL. 9, 20
habent sed ferme in ventribus. ‖ contra naturam aqua- PL. 9, 23
tilium soli linguas movent. ‖ aculeatae sunt pinnae PL. 9, 25.8, 91
12, 5 dorsuales: cum ira subiacet iuhorrescunt: cum animi
conquieverint, quibusdam receptaculis operiuntur.
‖ spirare eos in aquis negant et vitales auras nonnisi PL. 9, 21.22
in aëre supero recuperare. ‖ pro voce gemitus est PL. 9, 23
similis humano. certum habent vocabulum quo ac-
cepto vocantes secuntur: nam proprie simones nomi-
6 nantur. ‖ voces hominum aquilonis flatu celerius PL. 9, 30
hauriunt: contra austro spirante auditus obstruuntur.
‖ mulcentur musica: gaudent cantibus tibiarum: ubi- PL. 9, 24.25
7 cumque symphonia est gregibus adventant. divo Au-
gusto principe in Campania delphinem puer frag-
mentis panis primo inlexit, et in tantum consuetudo
valuit, ut alendum se etiam manui ipsius crederet.
mox cum profluxisset puerilis audacia, intra spatia
eum Lucrini lacus vectitavit: unde effectum, ut a Ba-
iano litore equitantem puerum Puteolos usque ve-
8 heret. hoc per annos plurimos tamdiu gestum, donec
assiduo spectaculo desineret miraculum esse quod ge-
rebatur. sed ubi obiit puer, sub oculis publicis de-
siderio eius delphin interiit. pigeret hoc adseverare,

v. 9 certum — 14 adventant *compilavit Isidorus* 12, 6, 11

2 non *om. H* ‖ loco *om. A* 3 ferme in] *SAP*, in (*om.* ferme) *LGH*; paene in *Plinius* ‖ uentrabus *G* 4 linguas] *SAP*, linguas suas *LGH* ‖ aculatae] *S* ‖ penuae *LGhP* 6 conquieuerunt *SAP* 8 rerecuperare *G*, recuperari *L*, reciperare (u *supra* i) *AP*, recipere *S*, respirare *H* 9 certo *SA* 10 sinomones *LG*P^1 11 celerus *G* 13 musica] *LGP*, a musica *SA*, a musico *H* 14 aduertant *G* 15 delphinem] *LG*P^1, delfinam *HS*, delphinam *A*P^2 16 primo] prior *H* 17 manu *GHS* 18 profluxisset] *LG*P^1, proluisset *H*, prolusisset *SA*, proluxisset P^2 ‖ puerulis *S* 19 euectitauit *H* ‖ ude *h* ‖ affectum *G* 20 puerulum *h* 20 21 perueheret *SA* 22 esse mir. *SA* 23 24 desiderio eius] *S*, desiderio eius merore *P*, desiderio *A*, desiderii maerore *LGH* 24 delfinus *H*P^2

PL. ni Maecenatis et Fabiani multorumque praeterea esset
PL. 9, 26 litteris conprehensum. ‖ in Africano mox litore apud 12, 9
Hipponem Diarrhyton delphin ab Hipponensibus pas-
tus est tractandumque se praebuit, impositos quoque
frequenter gestitavit. nec populi tantum manibus acta
res est: nam etiam pro consule Africae Flavianus ipse
eum contigit, unguentis etiam delibuit: qua odoris
novitate obsopitus aliquantisper pro exanimi iactatus
est multisque mensibus descivit a solita conversa-
PL. 9, 27 tione. ‖ apud Iasum urbem Babylonem puerum del- 10
phinus adamavit, quem dum post adsueta conludia
recedentem inpatientius sequitur, harenis invectus
haesit. Alexander magnus amorem illum numinis
fuisse interpretatus praefecit puerum Neptuni sacer-
dotio. iuxta eandem urbem, ut Hegesidemus auctor 11
est, alium puerum Hermian nomine per maria simi-
liter insidentem cum undosior fluctus necavisset, del-
phin ad terram revexit et velut fateretur reatum,
paenitentiam suam morte multavit nec reverti voluit
PL. 9, 28 amplius in profunda. ‖ suppetunt et alia exempla, ut 12
Arionem transeamus, cuius exitum annalium conpro-

1 ni maec.] enim ac. *L* ‖ praeterea] praecetere L^1 2 africano] SAP^2, africo $LGHP^1$ 3 ypponem *H*, hyppouen *LG*, hipponen *SA* ‖ diaritou *P*, diarrhutum *S*, diarrutum *A*, diarritum *LG*, diaphitum *H* ‖ delfinus *H* ‖ hipponeusibus] *S*, ipponensibus *AP*, ypponensibus *H*, hypponiensibus *LG* 3 4 pastus est *om. LG* 4 quoque] que *G* 5 gestauit *H* 5 6 acta res est mau. *H* 6 proconsule *LGH*, proconsul *SAP* ‖ flauianos L^1, flauiarum *A* 7 diliuit *S* ‖ qua] *LGP*, qui *HSA* 8 adsopitus *L* ‖ aliqnautisper] diu *SA* ‖ iactatus] *HSA*, iactitatus *LGP* 9 desciuit] $LGHP^1$, desiuit SAP^2 ‖ solida *L* 10 diasum *L* ‖ babylonem (*superscr.* niae) *S* 13 haesit] *HSAP*, iuhaesit *L*, inesit *G* ‖ amore *SA* 14 15 neptnni sacerdotio] *HSAP*, legi (lege *G*) ueptuni sacerdotio (-tium L^1) *LG* 15 uti *H* ‖ hezessidimus *LG*, haegzesidemus *P* 16 herniam nom. *L*, hermam uom. *G*, *om. H* 17 odosior P^1 ‖ nacauisset *G* 17 18 delfinus *H*, delphini° *P* 18 fatetur L^1 19 multauit] L^2HGP^1, mutauit L^1, finiuit SAP^2 20 profundo LSP^1 ‖ aliao *S* 21 trauseam *S* ‖ cuius exitum] de quo SAP^2 ‖ auuinalium *S* ‖ comprobauit *LGP*, comprobat *H*, probauit *SA*

bavit fides. || ad haec si quando lasciviunt novi fetus, PL. 9, 33
a maioribus datur adultior custos, quo magistro dis-
12, 13 cant eludere impetus incursantium belvarum: || quam- PL. 9, 50
quam ibi praeter phocas rara belva est. || plurimus PL. 9, 47
thynnus in Ponto, nec alibi paene fetificant: nus-
quam enim citius adolescunt, scilicet ob aquas dul-
ciores. ingrediuntur veris tempore. || intrant dextero PL. 9, 50
litore, laevo exeunt: hoc inde accidere credunt quod
dexteris oculis acutius cernant quam sinistris.

13, 1 || Hister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui PL. 4, 79
Rauracos Galliae aspectat. sexaginta amnes in se recipit
ferme omnes navigabiles. || septem ostiis Pontum influit: ION.
quorum || primum Peuce, secundum Naracustoma, ter- PL. 4, 79
tium Calonstoma, quartum Pseudostoma; nam Bo-
rionstoma ac deinde Spilonstoma || languidiora sunt ION.
ceteris, septimum vero pigrum ac palustri specie

v. 7 ingrediuntur — 9 sinistris *compilavit Isidorus* 12, 6, 14 || *v.* 10 Hister — 91, 4 sapore *exscripsit Dicuil* 6, 8; *similia Ammianus* 22, 8, 44 — 46 || *v.* 10 Hister — 12 influit *compilavit Isidorus* 13, 21, 28

1 si quando *om.* *G* || lasciuium *L*[1]   2 a mai.] o mai. *P* || adulto *h*, adulator *Bern.* || custos] grogi custos *SAP*   4 ibi] *LG*, in ponto *SAP*, *om.* *H* || phocas] opes *L*[1] (*corr. m.* 1) || rara sit bolua *SAP*   5 thynnus *om.* *A* || faeticant *G*, foeticant *L*   5 6 nnmquam *h*   6 7 ob aq. d.] ab aquis dulcioribus *SA*, ab aqnas dultiores *G*   7 ingrediuntur] inlabuntur *S*, illabuntur *A* || intrant *om.* *H* || dextro *hSA*   8 inde] deinde *H*   9 dextris *GHSA* || acutius] cautius *A*, ᶜaucius *S*   10 11 qui ... aspectat] quem ... aspectant *A*   11 rauracus *LG*, raucacos *P* || LX] XL *H*   13 naracustoma] *L Dic. Bern.* narratcustoma *G*, uaracostoma *h*, narecustoma *SAP*   14 colonstoma *G* || quartum] ac deinde stenostoma quartum *SA* || psendostoma] *Dic. cum Ammiano* (pseudostomou *ms. Vat.*) *et Ptolemaeo* 3, 10, 6, psedostoma *S*, psendostoma *A*, speudostoma *LGHP*[1] *cum Plin.* 4, 79. 82 *libris*, spendostomon *P*[2] || nam] quintum *H Dic.*   14 15 borionstoma] *HA Dic. et ita Ammiani cod. Vat.*, boriomstoma *S*, boriostoma *LGP*   15 ac deinde sp.] sextum sp ac deinde *H* || spilonstoma] *LGHSA Dicuil*; stoma (*om.* spilon) *P*, *ubi superscr.* uel stenon; stenostoma *Ammianus*; apireonstoma *libri Pliniani*; *debuit esse* psilonstoma *testibus Ptolemaeo* 3, 10, 4, *Arriano peripl.* 31. 35, *Anon. peripl. ponti Eux.* 63   16 uero *om.* *LG*

PL. 4, 79 non habet quod amni comparetur. ‖ priora quattuor
ita magna sunt ut per longitudinem quadraginta mi-
lium passuum non misceantur aequori dulcemque
haustum incorrupto detineant sapore.
PL. 8, 109 ‖ Per universum Pontum fiber plurimus, quem alio 13, 2
vocabulo dicunt castorem. lytris similis est, animal
morsu potentissimum, adeo ut cum hominem invasit,
conventum dentium non prius laxet quam concre-
puisse persenserit fracta ossa. testiculi eius adpetun-
tur in usum medellarum: idcirco cum urgeri se in-
tellegit, ne captus prosit, ipse geminos suos devorat.
PL. 37, 179 ‖ Mittit Pontus et gemmas quas a patria Ponti- 3
cas dicimus genere diverso: aliae aureas, aliae san-
guineas habent stellas, et hae quidem inter sacras
habentur: nam quae ostentationi potius quam usui
deliguntur, non guttis aspersae sunt, sed longis colo-
rum ductibus liniuntur.
PL. 4, 88 MEL. 2, 1, 7 ‖ Hypanis oritur inter Auchetas ‖ Scythicorum 14, 1
amnium princeps, purus et haustu saluberrimus, us-
que dum Callipidum terminis inferatur, ubi fons Exam-
paeus infamis est amara scaturrigine: qui Exam-
paeus liquido admixtus fluori amnem vitio suo vertit,
SOL. adeo ut dissimilis sibi in maria condatur. ‖ ita inter gen- 2

v. 12 mittit — 15 habentur *compilavit Isidorus* 16, 15, 26 *cf.* 16, 12, 4

1 anini *G*, anni *L* ‖ priora] *LGHP*² *Dic.*, primora *P*¹, prima ora *SA* 2 ita] adeo *SA* ‖ XL] cccc *Dicuil.* 2 3 milium] milibus *A*, milia *HP* 3 ducemquae *Dic.* 4 haustu *GP*² ‖ inconsumpto *Dic.* ‖ detineat *h*, detinent *SA Dic.* ‖ saporem *GP*² 6 uoc.] nomine (*suprascr.* uel nocabulo) *A* ‖ castoram *G* ‖ lytris sim.] lustri similis *H*, listris sim. *P*², in ystri simile *A* 7 inuasit] *LGS*¹*P*, inuaserit *HS*²*A* 8 quem *P*¹ 9 eius *om.* *G* 10 medellarum] *LGSP* ‖ urgueri *G* 11 prosit] possit *S* 13 aliae aur.] quippe aliae aur. *SAP* 14 stellas] *HSAP*, stillas *LG*; stellata guttis *Plin.* ‖ hae] *GA*, e *L*, haee *H*, eae *SP* 16 non guttis — 17 liniuntur *om.* *G* 17 liniuntur] *LHP*, liniantur *A*, limantur *S* 18 hyspanis *A* ‖ auchetas] *LP*, aucetas *GH*, auchaetas *SA* ‖ scitiorum *H* 20 callipodum *SAP contra Melam eiusque auctorem Herod.* 4, 52 21 infamis — exampaeus *om.* *G* ‖ amara] ima *h*, una *Bern.* 22 fluore *H* 23 condat *L*¹*H* ‖ inter gentium] intellegentium *S*

tium opiniones fama de Hypane discordat: qui in SOL.
principiis eum norunt, praedicant, qui in fine experti
sunt, non iniuria execrantur.

15, 1 ‖ Apud Neuros nascitur Borysthenes flumen, ‖ in PL. 4, 88 MEL. 2, 1, 6
quo pisces egregii saporis et quibus ossa nulla sunt
2 nec aliud quam cartilagines tenerrimae. ‖ verum Neuri, MEL. 2,1,13
ut accepimus, *statis temporibus in lupos transfigu-
rantur: deinde exacto spatio, quod huic sorti adtri-
3 butum est, in pristinam faciem revertuntur. populis
istis deus Mars est: pro simulacris enses coluntur:
homines victimas habent. ‖ ossibus adolent ignes fo- MEL. 2,1,14
corum. ‖ Geloni ad hos proximant. de hostium cu- MEL. 2,1,13
tibus et sibi indumenta faciunt et equis suis teg-
mina. ‖ Gelonis Agathyrsi conlimitantur, caerulo picti, MEL. 2,1,10
fucatis in caerulum crinibus, nec hoc sine differentia:
nam quanto quis anteit, tanto propensiore nota tingui-
tur, ut sit indicium humilitatis minus pingi.

4 ‖ Post Anthropophagi, quibus execrandi cibi sunt MEL. 2,1,13
humana viscera: ‖ quem morem impiae gentis adia- PL. 6, 53
centium terrarum prodit tristissima solitudo, quas ob
nefarium ritum finitimae nationes profugae reliquerunt.
ea causa est, ut usque ad mare quod Tabin vocant
per longitudinem eius orae quae aestivo orienti

v. 4 apnd Nenros — 9 revertuntnr *exscripsit Dicuil* 7, 15, 2 ‖ *v.* 4 apud Neuros — 93, 2 ad Seras: *similia Ammianus* 31, 2, 13—15 *cf.* 22, 8, 31

1 hipane *LP*, ipane *G*, ypane *H*, hype *S*, yspane *A* 3 iniuriam *S* 4 neutros *P*[1] ‖ borysthenes] *LP Dic.*, boristhenes *G*, borystenes *A*, boristenes *HS* 6 cathilagines *G* ‖ tenerae *SA* ‖ neuiri *S*, neutri *P*[1] 7 accipimus *L*[1]*GSA Dicuil* ‖ statis] *Salm. ex Mela*: Neuris statum tempus est; aestatis *libri, etiam Dic.* ‖ tempore *H* 9 pristinas facies *H* 10 istis] isti *L*[1] ‖ coluntur] *LGSAP*[1], colunt *HP*[2] 12 gelonii *LGHP* ‖ proximi *SA* 13 eqnes *G* 14 gel. ag. conl. *om. G* ‖ geloniis *L*[2]*HAP*, gelon.s *L*[1] 15 in caerulum] sincerum *H* ‖ hoc] haec *h* 16 anteit] altero praestat *SA*, altero praestat ante id *P* ‖ propensore *G* 18 oxesecrandi *L* 20 tristissima *om. SA* ‖ ob] aut *P* 21 profuge] *H*, metu profugae *LGP*, *om. SA* 22 ea] et ea *LGP* ‖ ut] et *H* ‖ tabin] *HP*, thabyn *A*, tabim *S*, tybin *L*, tubin *G*

PL. 6, 54 obiacet, sine homine terra sit et inmensa deserta, ‖ quoad
ION. perveniatur ad Seras. ‖ Chalybes et Dahae in parte 15, 5
Asiaticae Scythiae crudelitate ab inmanissimis nihil
PL. 6, 38 discrepant. ‖ at Albani in ora agentes, qui posteros
PL. 7, 12 se Iasonis credi volunt, ‖ albo crine nascuntur, cani-
tiem habent auspicium capillorum: ergo capitis color
genti nomen dedit. glauca oculis inest pupula: ideo
nocte plus quam die cernunt.

PL. 8, 149 ‖ Apud hos populos nati canes feris anteponuntur, 6
frangunt tauros, leones premunt, detinent quicquid
obiectum est: ex quibus causis meruerunt etiam an-
nalibus tradi. legimus petenti Indiam Alexandro a 7
rege Albaniae duos missos, quorum alter sues sibi
et ursos oblatos usque eo sprevit, ut offensus dege-
neri praeda, ignavo similis diu accubaret: quem per
ignorantiam velut inertem Alexander extingui impe-
ravit. alter vero monitu eorum qui donum prosecuti
PL. 8, 150 fuerant ‖ leonem missum necavit: mox viso elephanto
notabiliter exultans, belvam primum astu fatigavit,
deinde cum summo spectantium horrore terrae adflixit.
SOL. ‖ hoc genus canes crescunt ad formam amplissimam,
terrificis latratibus ultra rugitus insonantes. haec sunt 8

v. 2 in parte Asiaticae — 10 premunt *compilavit Isidorus* 9, 2, 65. 14, 3, 34 ‖ § 7 *expressit Priscianus v.* 707 — 709

1 obiacet] adiacet *H* ‖ et *om. H* 2 seres *LG* ‖ dahae] *LGP*, dachae *HSA* 4 albiui *G* ‖ agentes] *LGP*, gentis *H*, geutes *SA* 5 albo] cano SAP^2 5 6 canitiem] niciem *G* 7 pupnla] LP^1, popnla *G*, pupilla $HSAP^2$ *Isidorus* 10 premunt] *LGHP*, perimunt *SA*: ut tauros premant, leones perimant *Isidorus, ut vel in eius libro dittographia haec fuisse videatur* ‖ quicquic *S* 11 obi. est] obiecer's *SA* ‖ quibus ex *SAP* 14 oblatos] ẹṭ oblatos *L*, ablatos *h*, albatos *G* ‖ offensos *S* 15 similis] *mg. L eraso eo quod pridem fuit* ‖ quem per] per quam *A* 16 17 imperauit] *LGP*, praecepit *H*, iussit *SA* 17 uero alter *S* 18 fuerant] *H*, fuerunt *LGP*, erant *SA* ‖ elephante *G*, elefonto *S* 19 not.] nota in lite *h* 20 expectautium *LG*, sepectautium *S*, *om. H* ‖ affixit *G* 21 hoc genus cauis *LG*, horum generum canes *H*, hoc genus cannm *SAP* ‖ crecit *G* 22 ultra] ut *H* ‖ ruditus P^2

de canibus Albanis: reliqua commmnia universis. ‖ do- PL. 8, 142
minos aequaliter omnes canes diligunt, sicut exemplis
patet. in Epiro denique domini percussorem in coctu
agnitum latratu canis prodidit. ‖ Iasone Lycio in- PL. 8, 143
terfecto canis ipsius aspernatus cibum inedia obiit.
15, 9 Lysimachi regis canis flammae se iuiecit accenso rogo
domini et pariter igni absumptus est. ‖ Garamantum PL. 8, 142
regem CC canes ab exilio reduxerunt proeliati adversus
resistentes. ‖ Colophonii et Castabalenses canibus in PL. 8, 143
10 bella ductis primas acies instruebant. ‖ Ap. Iunio PL. 8, 145
P. Sicinio cos. damnatum dominum canis, cum abigi
non posset, comitatus in carcerem, mox percussum
ululatu prosecutus est: cumque ex miseratione populi
Romani potestas ei cibi fieret, ad os defuncti escam
tulit: ultimo deiectum in Tiberim cadaver adnatans
11 sustentare conatus. ‖ canes soli nomina sua recog- PL. 8, 146
noscunt, itinerum meminerunt. ‖ Indi coitus tempore PL. 8, 147
in saltibus religant canes feminas, ut cum his tigrides
coeant, quarum ex primis conceptibus ob nimiam fe-
ritatem inutiles partus iudicant, itidem secundos, ter-
12 tios educant. ‖ Aegyptii canes e Nilo numquam nisi PL. 8, 148
currentes lambitant, dum a crocodilis insidias cavent.

v. 1 dominos — 2 diligunt *compilavit Isidorus* 12, 2, 26 ‖ *v.* 16 canes s. n. s. r. *compilavit Isidorus* 12, 2, 26

1 2 domnos *A et ita semper* 2 omnes *om. SA* ‖ exemplis] omnibus exemplis *H* 3 patet] palam factum est *SA* ‖ domini *om. H* ‖ in conventu *Plinius* 4 iasone] *H ut Plin.*; iaso *LGSP*, caso *A* 6 flammae] *LGH*, flammis *SAP* 6 7 domini (domni *A*) rogo *SAP*, rogo domino *H* 7 et pariter — est *om. SA* ‖ adsumptus *LP*, assumtus *G* ‖ garamantem *H* 8 regem *om. G* ‖ praeliantes *H* ‖ adversum *SAP* 9 colofoni *SÁ* ‖ castabadenses *P* 10 ductis] L^2GH, ductus L^1, productis *SAP* 11 siccinio *H*, sycinio *A*; *debuit esse* Silio ‖ consule. *L*, consule *G* ‖ cum canis *A* 12 possit *S* 13 ululatum *S* ‖ persecutus LP^1 13 14 populi romani] *LHP*, populo romano *G*, populi *SA* 15 ultimo] ult. inde *H* ‖ adnans *SA* 16 sust. con.] *GH*, sustentare conatus est *SAP*, *om. L* 18 relegant *LP* 21 e nilo canes *A* 22 a crocodillis *GSAP*, a corcodillis *L*, a corcodrillis *Bern.*, corcodrillis *h*

MEL. 2, 1, 9 ‖ Inter Anthropophagos in Asiatica parte nume- 15, 13
rantur Essedones qui et ipsi nefandis funestantur inter
se cibis. Essedonum mos est parentum funera pro-
sequi cautibus et proximorum corrogatis coetibus cor-
pora ipsa dentibus lancinare ac pecudum mixta car-
nibus dapes facere: capitum etiam ossa auro incincta
in poculorum tradere ministerium.
MEL. 2, 1, 11 ‖ Scythotauri pro hostiis caedunt advenas. No- 14
mades pabula secuntur. Georgi in Europa siti agros
exercent. Asiatae perinde in Europa siti neque mi-
MEL. 2, 1, 10 rantur aliena neque sua diligunt. ‖ Satarchae usu auri
argentique damnato, in aeternum se a publica avaritia
MEL. 2, 1, 12 vindicarunt. ‖ Scytharum interius habitantium aspe- 15
rior ritus est: specus incolunt: pocula non ut Esse-
dones, sed de inimicorum capitibus moliuntur: amant
proelia: interemptorum cruorem e vulneribus ipsis
bibunt: numero caedium honor crescit, quarum ex-
pertem esse apud eos probrum est: haustu mutui san- 16
IGN. guinis foedus sanciunt ‖ non suo tantum more sed
Medorum quoque usurpata disciplina. bello denique,
quod gestum est olympiade nona et quadragesima,

1 antropostagos *h* 2 essedonos *G*; *erasum in L* ‖ ipsi] si P^1 ‖ nefandis *om. h* 2 3 fun. inter se c.] cibis polluuntur *SA*, c. p. f. i. s. c. *P* 3 essedonium *G* 3 4 cant. pros. *SAP* 4 coet. corrog. *SA* 4 5 corpora *LGHP cum Mela*, cadanera *SA* 5 lancinare] *GP*, lanciare (n *supra* i) *L*, laninare *A*, laniare *HS* ‖ ac pec. m. c.] pecudumqne carnibus (canibus *S*) m. *SA* 6 auro vincta *Mela* 8 9 namades *S* 9 sequitur *h* ‖ georgii *HSA* 10 exercunt *S* ‖ asiatae] *HSP*, asyatae *A*, a.siatae *L*, assiatae *G*; Asiacae *Melae liber Vat. ut libri Pliniani* 4, 82; Axiacae *Salmasius; cf. Πασιάκης Ptol.* 3, 5, 11 *et Ἀξιάκης Ptol.* 3, 5, 18. 3, 10, 14 ‖ proinde *S* ‖ siti] positi *h* 11 12 satharcei auri argentique dampnatos *H* 12 a] ac *h* 13 uindicarunt] *LGP*^{1}, uindicauerunt *H*, abdicanernnt *SAP*^{2} 14 pecus *H* ‖ esse *erasum in L* 15 capitibns — 16 interemptorum *om. G* 16 cruore *S* 17 caedium] caedi.. *L* 17 18 expertum *G* 18 probrum] *SAP*, probum *H*, prob.... *L*, profanum *G* ‖ mutui] uini *h*, uini *Bern.* 19 sanciunt] .i. firmant P^2 21 nono et quadragesimo *S*

anno post Ilium captum sexcentesimo quarto, inter ION.
Alyatten Lydum et Astyagen Mediae regem, hoc
15, 17 pacto firmata sunt iura pacis. ‖ Colchorum urbem PL. 6, 16
Dioscuriadem Amphitus et Cercius aurigae Castoris
et Pollucis condiderunt, a quibus Heniochorum gens
exorta est.
18 ‖ Ultra Sauromatas in Asia sitos, qui Mithridati PL. 6, 17. 19
latebram et quibus originem Medi dederunt, confines
sunt Thali his nationibus quas ab oriente contingunt
Caspii maris fauces: quae fauces mirum in modum
19 maciantur imbribus, crescunt aestibus. ‖ Heniocho- PL. 6, 26. 13
rum montes Araxen, Moschorum Phasidem fundunt.
sed Araxes brevibus intervallis ab Euphratis ortu ca-
20 put tollit ac deinde in Caspium fertur mare. ‖ Ari- PL. 7, 10
maspi circa Gesclithron positi uniocula gens est. ‖ ultra PL. 4, 88

v. 3 Colchorum — 6 exorta est: *similia Ammianus* 22, 8, 24; *compilavit Isidorus* 15, 1, 40 ‖ *v.* 11 Heniochorum — 12 fundunt *compilavit Isidorus* 14, 3, 32 *imperite sic:* habet et flumina magna Oscorum, Phasiden atque Araxen ‖ *v.* 13 sed Araxes — 14 mare *compilavit Isidorus* 13, 21, 16

2 alyrtten *A*, alyriten *S*, aliriten P^2, aduaten LGP^1, aduatem *H* ‖ astyagen] *LP*, astragen *G*, astiagen *S*, astyagem *A*, astiagem *H* 3 facto *LG*, pactnm *S* ‖ confirmata *H* 4 dioscuriadem] L^1, dioscoriadem L^2GSP, dioscoriaden *H*, dyoscoriadem *A* ‖ Amphitus] *Plinio quique ex eo pendent*, Amphistratus *Straboni* 11, 2, 12 *p.* 496 *et Eustathio ad Dion.* 680 *et Iustino* 42, 3, 3 ‖ cercius] *L cum Ammiano*, tercius *HS*, circius *GP cum Isidoro*, cirtius *A*; telchius *Plinii codices*, frudius *vel* frandius *Iustini*, Ῥέκας *Strabo et Eustathius* 5 heniochorum] *LGP*, enioc(h)orum *S Bern.*, emochorum *h*, enichorum *A* 6 orta *SA* 7 nltro *L* ‖ sitos] tos *h* 8 qnibus or. medi dederunt] LGP^1, quibus originem ediderunt *H*, qui o. medis dederunt SAP^2; Medorum suboles *Plin.* 9 thali his] *LG*, thalii his *SA*, thalii hiis *P*, hi aliis *H* 10 qnae fauces *om. S* 11 maciantur] metantur *H* 11 12 emochorum *H* 12 monschorum *G*, oschorum *H cum Isidoro* 13 breuis *S*, breniter *h* ‖ interualles *L* ‖ enphrastis *H* 14 15 arimasri *G* 15 gesclithron] (γῆς κλεῖθρον) *Salmasius cum Plinii ed. Dalecampiana*; gesolithron *P*, gensclitheron *S*, gensclyteron *A*, gensclithon *LG*, gentesclitelon *H*, gescliton *Plinii libri Silligiani* ‖ posita *S* ‖ unocula *H*

PL. hos et Riphaeum iugum regio est assiduis obsessa ni-
vibus: Pterophoron dicunt, quippe casus continuantium
pruinarum quiddam ibi exprimit simile pinnarum.
damnata pars mundi et a rerum natura in nubem ae- 15, 21
ternae caliginis mersa ipsisque prorsus aquilonis con-
ceptaculis rigentissima. sola terrarum non novit vices
temporum nec de caelo aliud accipit quam hiemem
sempiternam.
PL. 7, 10 || In Asiatica Scythia terrae sunt locupletes, in- 22
habitabiles tamen: nam cum auro et gemmis affluant,
grypes tenent universa, alites ferocissimi et ultra
omnem rabiem saevientes. quorum inmanitate obsis-
tente ad venas divites accessus rarus est: quippe visos
discerpunt, velut geniti ad plectendam avaritiae te-
meritatem. Arimaspi cum his dimicant ut intercipiant 23
lapides, quorum non aspernabimur persequi qualitatem.
PL. 37, 62 auct. || smaragdis hic locus patria est, quibus tertiam inter
PL. 37, 65. 72. 71. 73 lapides dignitatem Theophrastus dedit: || nam licet
sint et Aegyptii et Chalcedonii et Medici et Laconici,
PL. 37, 62 praecipuus est honos Scythicis. || nihil his iucundius,
nihil utilius vident oculi. in primis virent ultra aqua- 24
PL. 37, 63. 64 ticum gramen, ultra amnicas herbas: || deinde obtutus

§ 22 *compilarunt Priscianus v.* 698—703 *et Isidorus* 12, 2, 17. 14, 3, 32 || *v.* 17 smaragdis h. l. p. e. *compilavit Isidorus* 14, 3, 32

1 riphenm *LGH*, rhipenm *SP*, rypheum *A* 2 pterofnron *SA*, ptesophoron *H*, ptoerophoron *LGP* 3 similis *S* || pinnarum (*supra* i *scr.* uel e) *S*, pennarum *A* 5 ipsiqne *P* 5 6 conceptacnlis] *LGHP*[1] *cum Plinio*, conflatibus *SAP*[2] 6 rig.] rigentis *h* || sola] salo *S* 9 asiatica] asiadicii *S* || scithica *H* 9 10 non habitabiles L^2S 10 tamen *om.* *SA* 11 grypes] *P*[1], gripes *HS*, grhyphes *L*, ghryphes *G*, gryphes *AP*[2] || ferocissimae *A* 13 ad nenas] *LGSP*, adnenis *HA* || diuites *om.* *hS* || rarus] difficilis ac rarus *SAP*; accessus hominnm rarus est *Isidorus* || quippe qui *S* 14 discrepnnt *L* || plectandam *S*, amplectendam *H* 15 arimapsi *S* 16 non — qnal.] connenit persequi qualitates *SA* 17 zmaragdis *S* || hic *om.* *H* 19 sint et] sint et et *S*, sint *H* 20 est honos] *LGSP*, est honor *A*, honor est *H* 21 utilins] uiridins *H* 21 22 aqnaticnm gr.] inrigua (irrigua *A*) gramina *SA*

fatigatos coloris reficiunt lenitate, nam visus quos al- PL.
terius gemmae fulgor retuderit smaragdi recreant. nec
aliam ob causam placuit ut non sculperentur, ne of-
fensum decus imaginum lacunis corrumperetur: quam-
15, 25 quam qui verus est difficulter vulneretur. probantur
hoc pacto, si aspectus transmittant: si cum globosi sunt
proxima sibi inficiant aëre repercusso, aut cum concavi
sunt inspectantium facies aemulentur: si neque umbra
neque lucernis neque sole mutentur. optimos tamen
sortiuntur situs quibus planities resupina est et ex-
26 tenta. || inveniuntur etesiis flantibus: tunc enim de- PL. 37, 65
tecto solo facillime internitent: nam etesiae plurimum
harenas movent. alii minus nobiles in commissuris
saxorum vel in metallis aerariis apparent, || quos chal- PL. 37, 74
27 cosmaragdos nuncupant. || vitiosi eorum intrinsecus PL. 37, 68
quasdam sordes habent, vel plumbo vel capillamentis
vel etiam sali similes. || laudantur *austeri. || mero et PL. 37, 65. 71
28 viridi proficiunt oleo, quamvis natura inbuantur. || et PL. 37, 119
cyaneus e Scythia est, optimus si caerulo coruscabit.

v. 17 landantur — 18 inbnantur *compilavit Isidorus* 16, 7, 2 *praeterea hoc loco secutus Plinium* || *v.* 18 et cyanens — 99, 3 variat *compilavit Isidorus* 16, 9, 7 *cf.* 14, 3, 32

2 gemine *GH* || retruderit *S*, retulerit *H* || zmaragdi *S* || recr.] recreant et exacuunt *SAP* 3 ne] non *S* 4 imaginis *P*¹ 5 unlneretur] atteritur *SA* 6 transmutant *h* || si cnm globosi sunt] *LG Bern.*, si conglobosi sunt *h*, si conglobosi (conglobisi *S*) sunt si *SA*, si cum golbosi sunt si *P* 7 percusso *L* 8 aemulantur *h* || si] qni *HSA* 9 optimo *L* 10 planitius *P* 11 flatibus *LG* 14 15 chalcozmaragdos *S* 16 lapillamentis *H* 17 salis *LBP* || similis *S* 17 18 landantur (lauantnr *HA et margo S*) austero mero sed (sed *om. H*) uiridi *HSAP*, landantur austeres et mero uiridi (que *add. GB*) *LGB*; smaragdi antem mero et viridi proficiunt oleo, qnamvis natura imbuantur *Isidorus omnino non ex Plinio, sed ex Solino*; qui non omnino virides nascuntur, quoniam vino et oleo meliores finnt *Plinii codd. Barbari, ed. Dalecampiana*; qui tamen viri(de)s nasci videntnr, quoniam oleo meliores fiunt *Plinii cod. Bamb. male* 19 cyaneus e] *P*, cyoeaneus e *S*, coanus e *A*, cyaneus *LG Bern.*, cyeneus *h*; cyanos *Plinii cod. Bamb.*, cianeo *Plinii codd. dett.*; cyanea gemma *Isidorus* || scythia *om. H*

PL. cuius gnari in marem et feminam genus dividunt: feminis nitor purus est, mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratilis pulviculus variat.

PL. 37, 23 ‖ Istic et crystallus, quem licet pars maior Euro- 15, 29
pae et particula Asiae subministret, pretiosissimum
PL. 37, 26 tamen Scythia edit. ‖ multus ad pocula destinatur,
quamlibet nihil aliud quam frigidum pati possit. sexan- 30
PL. 37, 28 gulus invenitur. ‖ qui eligunt purissimum captant, ne
quid rufum, ne nubilum vel spumis obsitum arceat
perspicuitatem: tunc ne duritia iusto propensior ob-
PL. 37, 23 noxium fragilitati magis faciat. ‖ putant glaciem coire 31
et in crystallum corporari: sed frustra: nam si ita
foret, nec Alabanda Asiae nec Cypros insula hanc
materiam procrearent, quibus admodum calor iugis
PL. 37, 27 est. ‖ Livia Augusti ad magnitudinem CL librarum
inter Capitolina donaria crystallum dedicavit.

PL. 4, 91 ‖ Fabulae erant Hyperborei et rumor irritus, si 16, 1
quae illinc ad nos usque fluxerunt, temere forent credita: sed cum probissimi auctores et satis vero idonei
sententias pares faciant, nullus falsum reformidet. de
PL. 4, 89 Hyperboreis rem loquemur. ‖ incolunt pone Ptero-

§ 29 *adhibuit Priscianus v.* 704 ‖ *v.* 6 multus — 7 possit *compilavit Isidorus* 16, 13, 1 (*cf.* 14, 3, 32) *praeterea hoc loco secutus Plinium*

1 iguari *GB* 2 punctulis] *GHP*² *cum Isidoro*, punctillis *LBP*¹, punctilis *S*, punctis *A* 3 auratis *H* ‖ puluiculus] *LBH*, puluiculis *P*¹, puluisculus *GAP*², puluisculis *S*; auratis pulvisculis varians *Isidorus* 4 istic] est hic *H* 5 sumministrant *SA* 6 syrthia *G* ‖ multos (multis *GP*) ad p. destinatur *LGBP*, multos ad p. destiuant *H* ‖ *post* destinatur *inserunt* nam fert calorem praecipue *SAP*² 7 fridum *G* 7 8 sex angulis *SP* 9 ne nub.] *LG*, ne quid nub. *H*, neue nub. *SAP* 10 perspuitatem *P*¹ 11 fragilitate *S* 12 frustra est *h* 13 cyprus *A*, ciprus *H* 14 materiem *A* 14 15 adm. c. iugis est] regionibus incitatissimus (-mis *S*¹) calor est (est *om.* *P*) *SAP*¹ 15 augusta *H* ‖ magnitudinem] pondus *SA* 16 capitulina *LG* 17 fabulae erant hyperborei] *HSA*, fabula erat de hyperboreis (hisp. *G*) *LGP* ‖ insitus *H* 19 probissimi] *LGAP*, probatissimi *HS* 20 faciunt *LGHP*² 21 hisperboreis *G* ‖ loqnemur] *HSA*, loquimur *LGP* ‖ pone] *GBSA*, prone *LP*, pene *H* ‖ ptoroforon *H*

16, 2 phoron, quem ultra aquilonem accepimus iacere. ‖ gens PL. 4, 90
beatissima. eam Asiae quidam magis quam Europae
dederunt. alii statuunt mediam inter utrumque so-
lem, antipodum occidentem et nostrum renascentem:
quod aspernatur ratio, tam vasto mari duos orbes in-
3 terfluente. sunt igitur in Europa. ‖ apud quos mundi PL. 4, 89
cardines esse credunt et extimos siderum ambitus,
semestrem lucem, aversum una tantum die solem:
quamquam existant qui putent non cotidie ibi solem
ut nobis, sed vernali aequinoctio exoriri, autumnali
occidere: ita sex mensibus infinitum diem, sex aliis
continuam esse noctem. de caelo magna clementia:
aurae spirant salubriter: nihil noxium flatus habent.
domus sunt nemora vel luci: in diem victum arbores
4 sumministrant. discordiam nesciunt: aegritudine non
inquietantur: ad innocentiam omnibus aequale votum.
‖ mortem accersunt et voluntario interitu castigant PL. 4, 90
5 obeundi tarditatem: quos satias vitae tenet, epulati
delibutique de rupe nota praecipitem casum in maria
destinant: hoc sepulturae genus optimum arbitrantur.
‖ aiunt etiam solitos per virgines probatissimas primi- PL. 4, 91
6 tiva frugum Apollini Delio missitare: verum hac
quoniam perfidia hospitum non inlibatae revenissent,

1 quem] *LGhAP*, quae *S*, quam *Bern.* ‖ accepimus] *HSA*, accipimus *LGP* 1 2 gens beatissima, *quod in orationis tenorem non recte receptum est, remansit ex iis quae proxime praecedunt apud Plinium* 4, 90: hoc genus sepulturae beatissimum 5 iusto *A* ‖ duo *S* 5 6 interfluentes *HS* 6 quos] quds *G* ‖ mundo *S* 8 semenstrem *LGHP* ‖ aduersum *LGP*, et au. *A* ‖ una] *LGH cum Plinio*, uno *SAP* 9 putant *HP* 10 aut antumnali *G* 12 maguam clementiam *L*, magua clemtia *h* 13 noxium] *HSA*, noxii *LGP*; omni adflatu noxio carens *Plinius* 14 arraborcs *G* 15 aegritudinem *h* 17 arcersunt *G*, accerscuut *h*, accersiunt *A* 18 satias] *LSP*, sacias *Gh*, saties *A Bern.* ‖ ten. uit. *SAP* 19 dilibutique *LSP*, delibatique *G* ‖ maria] profundum mare *SA*, profuudum mare maria *P* 20 arbitrantur] ducunt *SA* 21 22 primitiua] primitias *A*, si primitias *S* 23 perfidiam *S*, perfidiae *A* ‖ reuenissent] renisse *G*

PL. devotionis quam peregre prosequebantur pontificium
mox intra fines suos receperunt.
PL. 6, 34 || Altera in Asia gens est ad initium orientis aestivi, 17, 1
ubi deficiunt Riphaeorum montium iuga. Hyperbo-
PL. 6, 35 *cf.* MEL. 1, 19, 20 reis similes dicunt Arimphaeos. || et ipsi gaudent fron-
dentibus arbustorum: bacas edunt. iuxta viros ac fe-
minas taedet crinium: uterque sexus comas tondent.
amant quietem, non amant laedere. sacri habentur 2
attrectarique eos etiam a ferocissimis nationibus nefas
ducitur. quicumque periculum a suis metuit, si ad
Arimphaeos transfugerit tutus est, velut asylo tegatur.
ultra hos Cimmerii et gens Amazonum porrecta ad 3
PL. 6, 36 Caspium mare, || quod dilapsum per Asiaticae plagae
terga Scythicum inrumpit Oceanum.
Magnis deinde spatiis intercedentibus ostia Oxi 4
PL. 8, 66 fluminis Hyrcani habent, || gens silvis aspera, co-
PL. 8, 62 piosa inmanibus feris, feta tigribus. || quod bestiarum 5
genus insignes maculis notae et pernicitas memorabile
reddiderunt. fulvo nitent: hoc fulvum nigrantibus
segmentis interundatum varietate adprime decet. || pe-
PL. 8, 66 dum motum nescio velocitas an pervicacia magis ad-
iuvet. nihil tam longum est quod non brevi pene-

v. 4 ubi deficiunt — 8 laedere: *similia Ammianus* 22, 8, 38 || *v.* 4 Hyperboreis — 16 Hyrcani habent *compilavit Capella* 6, 665 || *v.* 17 quod — 19 reddiderunt *compilavit Isidorus* 12, 2, 7

1 deuotionem *h* 1 2 pontificium mox] pontificum *H* 3 ab initio *SA* || aestiui *om. L solus* 4 riphaeorum] *L*, ripaeorum *P*, rhipeorum *S*, rypheorum *A*, ripheorum *H* || hii perb. *G* 5 similis *SP* || arimphaeos] *LGH*, arimpheos *P*, arimfaeos *S*, arymfoeos *A*; arinfei *Capellae libri*, armefi *Ammiani* 5 6 arb. frondibus g. *SAP* 7 uterque] itaque nt. *S*, ita ut. *AP* || tondent] *SA Bern.*, tondunt *h*, tondet *LGP* 9 attractarique *S* || nationibus] *LGP*, *om. HSA*; feris adcolarum populis *Plinius* 10 ducitur] *LGP Bern.*, dicitur *hSA* 10 si ad — 14 oceanum *om. A* 11 aremphaeos *L* || insylo *G* 13 delapsum *HSP* 14 terga *om. G* 15 sed magnis *A* || oxii *HSA*; zoni *libri Plinii* 16 fluminibus *P*[1] 17 freta *L* || tigridibus *A* 20 narietatem *L* 21 pernicatica *S* 21 22 adiuuent *H* 22 breu penetret *S*

trent: nihil adeo antecedit, ut non ilico adsequantur. PL.
17, 6 ac maxime potentia earum probatur, cum maternis
curis incitantur, cum catulorum insistunt raptoribus:
succedant sibi equites licet et astu quantolibet amoliri
praedam velint, ni in praesidio maria fuerint, frustra
7 est ausum omne. notantur frequentissime, si quando
latrones suos renavigantes vident, in litore irrita rabie
cernuari, velut propriam tarditatem voluntaria casti-
gantes ruina: quamquam de fetu universo vix unus
queat subtrahi.
8 ‖ Pantherae quoque numerosae sunt in Hyrcania, PL. 8, 62
minutis orbiculis superpictae, ita ut oculatis ex fulvo
circulis vel caerula vel alba distinguatur tergi supellex.
tradunt odore earum et contemplatione armenta mire
adfici atque ubi eas persentiscant properato conve-
9 nire nec terreri nisi sola oris torvitate: quam ob cau-
sam pantherae absconditis capitibus quae corporis re-
liqua sunt spectanda praebent, ut greges stupidos in
obtutum populentur secura vastatione. ‖ sed Hyrcani, PL. 8, 99
ut hominibus intemptatum nihil est, frequentius eas
10 veneno quam ferro necant. aconito carnes inlinunt
atque ita per compita spargunt semitarum: quas ubi
esae sunt, fauces angina obsidentur. ideo gramini no-

v. 12 minutis — 13 supellex *compilavit Isidorus* 12, 2, 8 ‖ *v.* 16 nec terreri n. s. o. t. *affert Aldhelmus p.* 292 *Giles*

2 harum *SA* ‖ earum pot. *h* 3 concitantur *h* 4 astu q. am.] astu quantamlibet fuga amoliri *S*, astu quautalibet fugam moliri *A*, quantalibet fuga astu quautolibet am. *P* ‖ amoliri] ampliori *h* 5 ni] *LGP*, nisi *HSA* 7 suos] suos asportatis catulis *SAP* 9 de faetu (foetu) uniuerso] *HSA*, defectu uniuersae uiae *LGP* 11 panth. q.] et panth. *H* 12 furuo *SA* 13 uel alba] quod alba *h* ‖ destinguatur *L* 14 mire] amore SAP^2 15 persenticant *L*, persentiscunt *HS* 15 16 conueniret *G* 16 ori oruitate *L* 17 abconditis *G* 18 greges] pecuarios greges *SAP* 19 optutu AP^2, optatum P^1 ‖ hirtani *G* 20 frequentias eius P^1 22 23 quas ubi esae sunt] quae sublesae sunt *H*, quas ubi spargunt se *G* 23 fauces] f. earum *SAP* ‖ angna *S*, *om.* *G*

PL. 8, 100 men pardaliacen dederunt. ‖ sed pantherae adversus
hoc virus excrementa humana devorant et suopte in-
genio pesti resistunt. lenta illis vivacitas, adeo ut
PL. 8, 63 eiectis interaneis mortem diu differant. ‖ in his sil- 17, 11
vestribus et pardi sunt, secundum a pantheris genus,
PL. 8, 43 noti satis nec latius exequendi: ‖ quorum adulteris
coitibus degenerantur partus leaenarum et leones qui-
dem procreantur, sed ignobiles.

PL. 4, 93 ‖ Quoniam in Ponticis rebus sumus, non erit omit- 18, 1
tendum unde mediterranea maria caput tollant. exis-
timant enim quidam sinus istos a Gaditano freto nasci,
SOL. ‖ nec aliam esse originem quam eliquia inrumpentis
Oceani: cuius spiritu pervadente apud aliquot medi-
terranea litora sicut in Italiae parte fieri accessus vel
PL. 4, 93 recessus. ‖ qui contrarium sentiunt, omnem illum 2
fluorem aiunt a Ponticis faucibus inundare, idque
fulciunt argumento non inani, quod aestus e Ponto
profluus numquam reciprocetur.

PL. 4, 92 ‖ Insula Apollonitarum octoginta milibus passuum 19, 1
abest a Bosporo Thracio citra Histrum sita, ex qua
M. Lucullus Apollinem Capitolinum nobis extulit.

v. 5 secundum a p. g. *adhibuit Isidorus* 12, 2, 10 ‖ *v.* 19 insula — 104, 3 properat *affert Dicuil* 7, 15, 1

1 pardaliachen *LGP*, pardaliachem *S*, parthalyachen *A*, pardalianchem *H* 2 suopte] *LBHS*[1]*P*, suapte *S*[2], suo post *A*, suo *G* 4 euectis *h* ‖ defferant *L* 5 secundum] sed unum *H* ‖ patheris *L* 6 adulteris] *libri* 7 cotibus *S* ‖ degenerantur] maculantur *P*[2] ‖ partu *S* ‖ laenarum *L* 7 8 quidem *om. H* 8 prooreantur *G* 10 tollant] *SA*, attollant *LP*, atollant *G*, extollant *H* 11 fretu *S* 12 eliquia inrumpentis] *LGP*[1] *Bern.*, eliquia erumpentis *h*, inundationem aestuantis *SA*, inundationem *P*[2] 13 peruagante *SAP*[2] ‖ aliquos *h*, aliqua *Bern.* 16 a] e *H* 17 18 aestus e p. profluus] netus e ponto non inani (*sic*) *L solus* 18 reciprocertur *S* 19 apollonitarum] *LG*, appollonitarum *h*, apollinitarum *SP Dic. Bern.*, appollinitarum *A*; Apolloniatarum *Plinius* 20 bosphoro *libri* ‖ thracio] *AP*, thratio *S*, trachio *H*, traciae *Dic.*, thracia *LG* ‖ circa *H Dic.* 21 marcus] *SA cum Plin.*, *om. LGHP Dic.* ‖ lucus *S* ‖ apollinen *G*

‖ ante Borysthenem Achillis insula est ‖ cum aede PL. 4, 93. 10, 78
sacra, quam aedem nulla ingreditur ales: et quae forte
19, 2 advolaverit, raptim fugam properat. ‖ Oceanum sep- PL. 4, 94
temtrionalem ex ea parte, qua a Propanisso amne
Scythia adluitur, Hecataeus Amalcium appellat, quod
gentis illius lingua significat congelatum. Philemon
a Cimbris ad promunturium Rubeas Morimarusam
dicit vocari, hoc est mortuum mare: ultra Rubeas
quicquid est Cronium nominat.
3 ‖ Mare autem Caspium ex altero Ponti latere ultra PL. 6, 50; cf. SOL. 49, 7
Massagetas et Apalaeos Scythas esse in Asiatica plaga
‖ dulce Alexandro Magno probatum est, mox Pompeio PL. 6, 51
Magno, qui bello Mithridatico, sicut commilito eius
Varro tradit, ipsis haustibus periclitari fidem voluit.
4 id eveuire produnt e numero fluminum, quorum tanta
copia ibi confluit ut naturam maris vertant. ‖ non PL. 6, 52
omiserim quod per idem tempus eidem Maguo licuit
ex India diebus octo ad Bactros usque Dalicrum flu-
men, quo influit Oxum amnem, pervenire, deinde
mare Caspium, inde per Caspium ad Cyri amnis pe-
netrare fluentum, ‖ qui Armeniae et Hiberiae fines in- PL. 6, 39
5 terluit. ‖ itaque a Cyro diebus non amplius quinque PL. 6, 52

1 boristeben *SA*, borysthenen *Dic.* ‖ achillos *SAP*, hancillis *Dic.* 2 et] ei *G* ‖ qnae] qui *Dic.* 3 raptum *G* ‖ fuga *LGP* 4 ea *om. P* ‖ qui *S* ‖ propanisso] *LGSAP*, propaniso *H*; Parapaniso *Plinius* (*Leid.*) 5 amalfium *S*, amalchrum *G* 6 congelatum] *LGP cum Plin.*, congelatum mare *HSA* 7 cimberis *SP* ‖ morimaurusam *LG*, marimaruscam *H*, murimarusam *P* 9 cronum *LG* ‖ nominat mare *P* 10 caspidum *G*, caspium est *H* 11 massegetas *P* ‖ apuleos *h* 12 dulce haustn *S*, dulce (dulci *P*²) haustu sicnt *AP*², dnce *LGHP*¹ ‖ peio *L* 13 mithriatico *S* 14 austibns *L*, ausibus *GB* ‖ peritari *S*, pernoscere *P*² ‖ uol. f. *h* 15 uonire *G* 16 uertat *H* 17 per idem] pridem *S* 18 19 ad bactros usque daliorum (*sic BP*², ad alierum *G*, dailerum *L*, dalerum *P*¹) fl. quo (quod *BP*)] *LGBP*, a bactris usque dalierum (dalietrum *A*) fl. quod *HSA*; in Bactros vii diebus ex India perveniri ad Iacrum flumen quod in Oxum influat *Plinius*; *scripsitne Solinus* nsque ad alterum fl. quod? 19 influxit *S* 20 mare] *LGHA*, in mare *SP* ‖ inde per caspium *om. H* ‖ ad cyri] acqniri *H* 20 21 penetrari *S* 21 22 interludit *S* 22 n. a. d. *H*

PL. itinere terreno subvectis navibus ad alveum Phasidis
pertendit: per cuius excursus in Pontum usque Indos
PL. 4, 95 advehi liquido probatum est. || auctor est Xenophon 19, 6
Lampsacenus a litore Scytharum in insulam Abal-
ciam triduo navigari: eius magnitudinem inmensam
et paene similem continenti: nec longe Oaeones se-
parari, quas qui habitent vivant ovis avium marina-
rum et avenis vulgo nascentibus: perinde alias propter 7
constitutas aeque insulas, quarum Hippopodes indi-
genae humana usque ad vestigium forma in equinos
pedes desinunt: esse et Phanesiorum, quorum aures 8
adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut reliqua
viscerum illis contegant nec amiculum aliud sit quam
ut membra membranis aurium vestiant.
SOL.? || Antequam digrediamur a Scythia, religio est prae- 9
terire quaenam peculiares sint ferae Scythiae. cervi
PL. 8, 112 plurimi in hac terra: igitur cervos persequemur. || ma-
res generis huiusce cum statum tempus venerem in-
citavit, saeviunt rabie libidinis. feminae licet prius 10

v. 9 Hippopodes — 11 desinunt *compilavit Isidorus* 11, 3, 25 || *v.* 11 esse et — 14 vestiant: *similia Isidorus* 11, 3, 19

dam ex istis nationibus ante Ptolemaeum Lathyrum cf. 3
regem Aegypti incognitum habuerunt iguis usum.
|| Aethiopia omnis ab oriente hiberno ad occidentem PL. 6, 197
tem hibernum tenet. quicquid eius est sub meridiano
cardine, lucis nitet, qui maxime virent hieme. a
media parte mons editus mari iuminet, ingenuo igni
per aeternum fervidus et in quiete iugis flagrantibus:
15 || inter quae incendia iugis aestus draconum magna IGN.
copia est. veris draconibus ora parva et ad morsus
non dehiscentia et artae fistulae, per quas trahant
spiritus et linguas exeraut: quippe non in dentibus
vim sed in caudis habent et verbere potius quam

v. 4 in ultimis — 9 motibusque *compilavit Isidorus* 11, 3, 18 || *v.* 18 draconibus — 149, 1 nocent *compilavit Isidorus* 12, 4, 4

1 2 ad fundum demittat] *H*, ad f. dimittat *LG*, dimittat ad f. *SAP* 2 latices *S* 3 et humanae *S* 4 rabicos *G* 5 moustruosae] *GBH cum Isidoro*, moustrosae *LSA*, mostrosae *P* 6 oris *om. P* 7 modico tantum] *AP*[1] *Isidorus*, modicoque *H*, modico quoque *LGP*[2], modicoque tantum *S* 9 sermones *S* 9 10 quaedam ex istis nat.] quae eaedem natioues *H* 11 ignis usum habuerunt *h* 13 est *om. LGP* 14 hieme] hebeno *Plinius* || a *om. S* 15 media] *LGH Pliniique libri meliores*, meridiana *SAP* || mari *om. P*[1] || eminet *LG* || igne *SA* 16 in q. i. fl.] estuosus *P*[2] 18 est] *H*, est porro *SA*, porro *P*, *om. LG* || parua sunt et *P*[2], nulla suut (*om.* et) *P*[1] 18 19 morsus non] morsum non *Bern.*, morsum *h* 19 et] *LGH*, sed *SAP* || trahant — 20 exerant] et (*om. P*) trahunt — exerunt *SAP* 21 uim sed iu caudis] sed in candis uenenum *H contra Isid.*

PL. 37,158 rictu nocent. ‖ exciditur e cerebris draconum dra- 30, 16
contias lapis, sed lapis non est nisi detrahatur viven-
tibus: nam si obeat prius serpens, cum anima simul
evanescit duritie soluta. usu eius orientis reges prae-
cipue gloriantur, quamquam nullum lenocinium artis
admittat soliditate et quicquid in eo nobile est, non
manus faciant nec alterius quam naturae candor
sit quo reluceat. auctor Sotacus gemmam hanc etiam 17
visam sibi scribit et quibus intercipiatur modis edocet.
praestantissimi audacia viri explorant anguium foveas
et receptus: inde praestolati ad pastum exeuntes prae-
tervectique percitis cursibus, obiciunt gramina medi-
cata quantum potest ad incitandum soporem: ita 18
somno sopitis capita desecant et de manubiis prae-
cipitis ausi praedam revehunt temeritatis.

PL. 8, 69 ‖ Quae locorum Aethiopes tenent feris plena sunt, 19
e quibus quam nabun vocant nos camelopardalim di-
cimus, collo equi similem, pedibus bubulis, capite
camelino, nitore rutilo, albis maculis superspersa.
animal hoc Romae circensibus dictatoris Caesaris pri- 20
PL. 8, 70 mum publicatum. ‖ iisdem ferme temporibus illinc

v. 1 exciditur — 15 temeritatis *compilavit Isidorus* 14, 5, 15. 16, 14, 7 ‖ v. 17 camelopardalim — 19 snperspersa *compilavit Isidorus* 12, 2, 19 *coll.* 14, 5, 15

1 e] a *G* 1 2 dracontia *SAP cum Plinio* 2 3 uiu. detr. *h*, eximatnr uin. *SA* 4 durities *SAP* 5 leonocinium *h* 7 faciant] *Bern.*, faciunt *LGhP*, faciat *SA* 8 sotacus] *SAP cum Plinio*, sotagus *Bern.*, satogus *h*, solacus *L*, sōlacus *G* 12 perscitis *LP* ‖ curribus *A*, cubiis *S* 13 innitandum *SP*, mntandnm *A* ‖ saporem *G* 14 sopitis] *Plinius et Isidorus*; obsitis *LGH*, obsopitis *SAP* ‖ capita desecant] *LGHP*^{2}, e capitibus execant lapides *SAP*^{1} 16 lotorum *S*, loccrum *A* 17 nabun] *SP cum Plinio*, nabum *HA*, nauum *LG* ‖ camelopardalim] *LGP*, camellopardalim *S*, camelopardalum *HA*; camelopardus *Isidorus* 18 equis *H* ‖ bubalis *A*, bubulus *S* 19 albis mac. sup.] *LGHP*^{1}, stellatam candidis maculis *P*^{2}, stellatam candidis maculis snpersparse (supersparsam *A*) *SA* 20 hoc animal *A* 21 isdem *GHP*, hisdem *LA*, istem *S* ‖ illic *H*

exhibita monstra sunt, cephos appellant, quorum PL.
posteriores pedes crure et vestigio humanos artus men-
tiuntur, priores hominum manus referunt: sed a nos-
30, 21 tris non amplius quam semel visa sunt. || ante ludos PL. 8, 71
Cn. Pompeii rhinocerotem Romana spectacula nescie-
bant: cui bestiae color buxeus, in naribus cornu uni-
cum et repandum, quod subinde attritum cautibus in
mucronem excitat eoque adversus elephantos proe-
liatur, par ipsis longitudine, brevior cruribus, natu-
raliter alvum petens, quam solam intellegit ictibus
suis perviam.
22 || Iuxta Nigrim fluvium catoblepas nascitur mo- PL. 8, 77
dica atque iners bestia, caput praegrave aegre ferens,
aspectu pestilenti: nam qui in oculos eius offenderint,
23 protinus vitam exuunt. || formicae ibi ad formam canis IGN.
maximi harenas aureas pedibus eruunt, quos leoninos
habent: quas custodiunt, ne quis auferat, captantes-
que ad necem persequuntur. eadem Aethiopia mittit
24 || lycaonem: lupus est cervice iubatus et tot modis PL. 8, 123
25 varius, ut nullum colorem illi dicant abesse. || mittit PL. 8, 124

v. 4 ante ludos — 11 perviam *excerpsit Dicuil* 6, 7, 3 || v. 15 formicae — 18 persequuntur *compilavit Isidorus* 12, 3, 9 || v. 18 Aethiopia — 20 abesse *compilavit Isidorus* 12, 2, 24

1 exhibita] et habita *A* || ceffos *HSAP*, cefusa *L*, caefusa *G*; caepus, cephus *Plinii libri* 2 posteriores pedes crurae nest. *P*, posteriorum pedum crura et a nest. *LG* 3 priores] pr. proinde *SA*, pr. perinde *P* || sed] quae tamen *SAP*[1] 6 buxeis *G* || cornum *S*, *om. G* 6 7 unum mucronem (et repandum — in *om.*) *H contra Dic. et rel.* 7 quod] qui *A* 8 eo *om. H* || que] quod *Dic.* 8 9 praeliantur *G* 9 ipsis] ipsis prope *SAP* 9 10 nat.] naturali telo *SA* 10 quam] quem *Dic.* 12 nigrim] *SAP*, tigrim *LG Bern.*, tigrin *h* || catoplepas *L*, catoplebas *G*, catoblepa *HSA* 14 pestilenti] bestia est *h*, bestia *Bern.* || in *om. h* || oculis *S* 15 protinus *om. A* || uitam exuunt] *LGP*, uita (iuxta *S*) exeunt *HSA* 17 18 captatisque *SA* 18 negom *G* 19 ceruice iubatus] *GSA Isidorus*, ceruicem iubatus *LP*, ceruae uinctus *H* 20 illi col. *SA*

PL. et parandrum, boum magnitudine, bisulco vestigio,
ramosis cornibus, capite cervino, ursi colore et pariter
villo profundo. hunc parandrum adfirmant habitum
metu vertere et cum delitescat fieri adsimilem cui-
cumque rei proximaverit, sive illa saxo alba sit, seu
frutecto virens, sive quem alium modum praeferat.
cf. PL. 9, 87. 8, 122 faciunt hoc idem in mari polypi, in terra chamae- 30, 26
leontes: sed et polypus et chamaeleon glabra sunt,
ut pronius sit cutis laevitate proximantia aemulari:
in hoc novum est ac singulare hirsutiam pili colo-
rum vices facere. hinc evenit ut difficulter capi possit.
PL. 8, 123 ‖ Aethiopicis lupis proprium est, quod in saliendo 27
ita nisus habent alitis, ut non magis proficiant cursu
quam meatu: homines tamen numquam impetunt.
PL. 8, 125 bruma comati sunt, aestate nudi: thoas vocant. ‖ hys- 28
trix quoque inde loci frequentissima, erinacii similis,
spinis tergum hispida, quas plerumque laxatas iacu-
latione emittit voluntaria, ut assiduis aculeorum nimbis
PL. 10, 136 canes vulneret ingruentes. ‖ illius caeli ales est pe- 29
gasus: sed haec ales equinum nihil praeter aures
habet. tragopan quoque avis maior aquilis, cornibus
arietinis praeferens armatum caput.

v. 15 hystrix — 19 ingruentes *compilavit Isidorus* 12, 2, 35

1 parandrum] *libri*; tarandrus *Plinii libri* ‖ bouum *LP* ‖ bisulco] *SA*, ibico *H*, hiulco *LGP*; ungulae bifidae *Plin.* 2 ursi] *HSA*, ursino *LGP* 4 delistescat *S*, dilitiscat *L* ‖ ad similitudinem *H* 5 proximauerit] *H*, proximarit *SAP*, proximat *LG* ‖ albo LGP^2 6 uirenti LGP^2 ‖ quem (que *G*) a. m. pr.] quam aliam praeferat qualitatem SAP^1 7 mare *SA* ‖ terrae *S* 7 8 cameleo *G* 9 ut pr. sit] et pr. est SAP^2 ‖ leuitatem *H*, tenitatem LGP^1, leuitate speculi (speculu *S*) modo SAP^2 ‖ proximantia] *HSA*, proximanti *LGP* 11 capi possit] capissit *G* 13 nisi *h* ‖ curso *S* 14 quam] q. homines *A* ‖ meatum *S*, adsultu P^2 15 comati] iubati *SA* ‖ theas *H* 15 16 strix *H itaque ut vid. Isidorus* 16 erenacii *L*, erinatii *G*, orinaceis *S*, erinaciis *HA*, erenaceis *P* 20 sed] et *AP* ‖ nil *H* 21 tragopa *A*, tragopam *LG*

30,30 ‖ Aethiopes legunt cinnamum. ‖ id frutectum situ PL. 12, 86. 89
brevi nascitur, ramo humili et represso, numquam
ultra duas ulnas altitudinis: ‖ quod gracilius prove- PL. 12, 91
nerit eximium magis ducitur: quod in crassitudinem
31 extuberatur despectui est. ‖ verum legitur per sacer- PL. 12, 89
dotes hostiis prius caesis: quae cum litaverint, ob-
servatur ut messis nec ortum solis anticipet nec
egrediatur occasum. ‖ quisquis principatum tenet, PL. 12, 90
sarmentorum acervos hasta dividit, quae sacrata est
in hoc ministerium: atque ita portio manipulorum soli
dicatur: quae si iuste divisa est, sponte incenditur.
32 ‖ Inter haec quae diximus nitore caerulo hyacin- PL. 37, 125. 126
thus invenitur, lapis pretiosus, si quidem inculpabilis
reperiatur: est enim vitiis non parce obnoxius: nam
plerumque aut violaceo diluitur aut nubilo obducitur
aut albicantius in aquaticum eliquescit: optimus in illo
tenor, si nec densiore fuco sit obtunsior nec propensa
perspicuitate detectior, sed ex utroque temperamento
33 lucis et purpurae fucatum suaviter florem trahat. ‖ hic IGN.
est qui sentit auras et cum caelo facit: nec aequaliter
rutilat cum aut nubilosus est aut serenus dies. praeterea
in os missus magis friget. scalpturis certe minime ad-
commodatus, ut qui tritum respuat, nec tamen penitus
34 invictus: nam adamante scribitur et notatur. ‖ ubi PL. 37, 156

v. 1 Aethiopes — 5 despectui est *compilavit Isidorus* 17, 8, 10 ‖ *v.* 12 nitore — 24 notatur *compilavit Isidorus* 16, 9, 3 *coll.* 14, 5, 15 ‖ *v.* 24 ubi — 153, 3 pallidus *compilavit Isidorus* 16, 14, 8 *coll.* 14, 5, 15

1 cinnamomum *H* ‖ *locum de cinnamo* §§ 30. 31 *denuo exhibent post* 33, 11 *ad Arabes conversum et subinde interpolatum* (*v. app.*) *codd. SA* ‖ id] quod *SA*, iu *G* 2 represso] *libri*, depresso *Salm.* 3 gratilius *G* 4 dicitur *G* 4 5 crassum extuberatur (-bereatur *S*) *SA* 6 litauerunt *SP* 7 mensis *LH* 10 atque] *LGSP*, inque *A*, in qua *H* 12 haec] ea *P*' ‖ caeruleo *HS* 14 parte *H* 15 uiolatio *H* ‖ deluitur *G* 16 liquescit *H* 17 succo sit obtusior *H* 18 detectior] *LP*, detentior *G*, deiectior *HSA* 19 fucatum] moderatum *SA* 21 nubilosus] *LGP*, nebulosus *HSA*; nubilo *Isidorus* ‖ serenus] s. est *G itaque fuit in L* 22 scupturis *G* 23 ut q. tr.] ut q. attritum *P*, et q. attritum *SA* 24 inuictus] inu. est *SAP*

PL. hyacinthus, ibi et chrysoprasus apparet: quem lapidem
lux celat, produnt tenebrae. haec enim est in illo
PL. 36,144 diversitas, ut nocte igneus sit, die pallidus. ‖ ex
ipso solo sumimus haematitem rubore sanguineo ac
propterea haematitem vocatum.
PL. 5, 43. 128 ‖ Quod ab Atlante usque Canopitanum ostium 31, 1
panditur, ubi Libyae finis est et Aegyptium limen,
dictum a Canopo Menelai gubernatore sepulto in ea
insula quae ostium Nili facit, gentes tenent dissonae,
PL. 5, 45 quae in aviae solitudinis secretum recesserunt. ‖ ex 2
his Atlantes ab humano ritu prorsus exulant. nulli
proprium vocabulum, nulli speciale nomen. diris solis
ortus excipiunt, diris occasus prosequuntur ustique
undique torrentis plagae sidere oderunt deum lucis.
IGN. adfirmant eos somnia non videre ‖ et abstinere pe-
PL. 5, 45 nitus ab animalibus universis. ‖ Trogodytae specus 3
IGN. excavant, illis teguntur. ‖ nullus ibi habendi amor:
PL. 37,167 a divitiis paupertate se abdicaverunt voluntaria. ‖ tan-
tum lapide uno gloriantur, quem hexecontalithon no-
minamus, tam diversis notis sparsum, ut sexaginta

v. 3 ex ipso solo — 5 vocatum *compilavit Isidorus* 16, 8, 5 ‖ *v.* 7 ubi Libyae — 9 facit *compilavit Isidorus* 14, 3, 28 ‖ *v.* 15 adfirmant — videre: *similia Ammianus* 15, 3, 6 ‖ *v.* 18 tantum — 154, 2 deprehendantur *compilavit Isidorus* 16, 12, 5

1 et *om. HA* ‖ chrysoprasus] *P*, chrisoprasus *L*, chisoprassus *G*, chrysotapsus *A*, chrysuthapsus *S*, crisoptasius *H*; chrysoprasus *Isidorus bis*; chrysolapsis *Plin.* (*Bamb.*) *indeque* chrysolampis *Isidorus* 16, 15, 4 2 produnt tenebrae] *LGHP*, produnt obscurum *S*, prodit obscurum *A* ‖ est] *supra v. m.* 1 *L* 3 die pallidus] palladius *h* 4 haematiten *SA* 5 bematiten uocatum *A*, baemantites uocatus *S* 6 usque] ad usque *SAP* 7 ibi *h* 8 sepulto in — 9 facit] *LGH cum Isidoro*, ibi sepulto (in — facit *om.*) *SA*, ibi sepulto in — facit *P* 10 in aviae] inuiae *H* ‖ solitudines *A* 11 exultant *A* 12 diris — 13 diris] *SA*, diri — diri *LGHP* 13 14 ustique undique] *LGP*, ustique *SA*, utique *H* 14 plagae sidere] *LGAP*, plagae federe *S*, plaga est dire *H* 16 ab *om. SA* ‖ troglodytae *P* 18 diutiis *S* ‖ abdicarunt *h* ‖ uoluntario *S* 19 quam *LG* ‖ exocontalithon *SAP cum Isidoro*, execontalithum *LG*, excontalitum *H* 19 20 nominant *SA* 20 sparsis *A*

gemmarum colores in parvo orbiculo eius deprehen-
dantur. ‖ homiues isti carnibus vivunt serpentium PL. 5, 45
ignarique sermonis stridunt potius quam loquuntur.
31, 4 Augilae vero solos colunt inferos. feminas suas primis
noctibus nuptiarum adulteriis cogunt patere, mox ad
perpetuam pudicitiam legibus stringunt severissimis.
5 Gamphasantes abstineut proeliis, fugiunt commercia,
nulli se extero misceri sinunt. Blemyas credunt trun-
cos nasci parte qua caput est, os tamen et oculos
habere in pectore. Satyri de hominibus nihil aliud
6 praeferunt quam figuram. Aegipanes hoc sunt quod
pingi videmus. Himantopodes fluxis nisibus crurum
serpunt potius quam incedunt et pergendi usum lapsu
magis destinant quam iugressu. Pharusi cum Herculi
ad Hesperidas pergenti forent comites, itineris taedio
hic resederunt. hactenus Libya.
32, 1 ‖ Aegyptus ad meridiem introrsus recedit quoad PL. 5, 48
praetendant Aethiopes a tergo. inferiorem eius par-
tem Nilus circumfluit, qui scissus a loco, cui Delta
nomen est, ad insulae faciem spatia amplectitur inter-

v. 8 Blemyas — 10 pectore *compilavit Isidorus* 11, 3, 17 ‖ *v.* 17 Aegyptus — 156, 14 mari *excerpsit Dicuil* 6, 2 ‖ *v.* 17 Aegyptus — 19 circumfluit *compilavit Isidorus* 14, 3, 27. 28

1 2 depraehendatur *G* 2 h. isti] isti *A*, et isti *S* ‖ serpentum *S* 4 angilae] *H*, augulae *A*, augule *P*, angulae *S*, augire *LG* ‖ suas *om. SA* ‖ primus *S* 5 adulteris *H* ‖ mos *P* 7 gamfasantes *HS*, gamfanantes *A*[1] 8 nullis *S* ‖ se *om. H* ‖ externo *SA* ‖ scinnt *G* ‖ blemyas] *LSP*, blemias *GH*, blemmyas *A* ‖ *post* blemyas *ins.* sed — incolunt (*v. app.*) *SAP* 10 sitiri *S* ‖ nil *h* 11 aegiphanes *H* 12 uidemus] demus *L*[1] ‖ hymantopedes *H* 13 serpunt] *HSA*, repunt *LGP* 14 gressu *h* 15 (h)esperias *LGP* 16 residerunt *GS* 17 ad meridiem] *Dicuil cum Plinio et Capella*, a meridie *libri nostri* (*nisi quod* a *om. h contra Bern. et rel.*) *cum Isidoro* 17 18 quoad praetendunt *H*, quo apprehendunt *Dic.* 18 interiorem *H Dic. contra Plin.* 19 della *L* 20 interamna] *SP Dic.*, interammana *L*, interrammana *G*, interna *H*, interamni *A*

PL. 5, 51 amna ‖ et incerto paene fonte decurrens proditur ut
loquemur. originem habet a monte inferioris Mau- 32, 2
SOL. retaniae, qui Oceano propinquat. ‖ hoc adfirmaut Pu-
PL. 5, 51 nici libri: ‖ hoc Iubam regem accipimus tradidisse.
igitur protinus lacum efficit quem Nilidem dicunt.
Nilum autem iam inde esse coniciunt, quod hoc stag- 3
num herbis piscibus belvis nihil minus procreet quam
in Nilo videmus ac si quando Mauretania, unde origo
eius est, aut nivibus densioribus aut imbribus largio-
ribus inrigatur, incrementa exundationis in Aegypto
PL. 5, 52 augeantur. ‖ sed effusus hoc lacu harenis sorbetur 4
et cuniculis caecis absconditur: deinde in Caesariensi
specu prorumpens ampliore eadem indicia praefert
quae in exortu notavimus rursusque subsidit nec se 5
prius reddit quam post intervalla itineris extenti con-
tingat Aethiopas, ubi exit et Nigrim facit fluvium,
PL. 5, 53 cf. SOL. 27, 5. 30, 1 ‖ quem supra diximus esse terminum limitis Africani.
Astapum eum *indigetes vocant, scilicet aquam e te-
nebris profluentem.

v. 2 originem — 8 videmus: *similia Ammianus* 22, 15, 8 ‖ *v.* 5 lacum — dicunt *adhibuit Isidorus* 13, 21, 7

1 et incerto *om.* P^1 3 propinquat] incumbit SAP^2 3 hoc — 4 tradidisse *om.* *H contra libros rel. Dic. Amm.* 5 lacus *H* ‖ nilidem] nilum *H cum Isidori codd.* 6 esse *om.* P^1 ‖ coniectant *HS*, id est coniectant P^2 7 herbas pisces belual (*sic*) *Dic.* ‖ nil *H* ‖ procreat *H Dic.* 8 ac si] *LSAP*, at si *G*, *om.* *H Dicuil* ‖ mauritaniae *Dicuil* 8 9 unde o. e. est] *SAP*, undique o. e. est *H*, undique o. eius *LG Dic.* 9 aut] an *H*, a *Dic.* 10 inr. incrementa] *LGP*, inr. inde (unde *cod. Dresd.*) incrementa *Dic.*; irr. unde incrementa *H*, incremento inrigatur *SA* ‖ exundationes *A* 11 augeatur L^1, augentur *Dic.* 12 13 caesariensi specu] *Dic.*, caesariensis petita *H*, caesariensi specie *LGSAP*; lacu maiore in Caesariensis Mauretaniae gente — erumpit *Plin.* 13 ampliore] *scripsimus*; amplior *LGP Dic.*, ampliora *H*, ampliori *SA* ‖ profert *Dic.*, praefer *h* 14 exortum *Dic.* ‖ subsidet *L* 15 post quam *H* ‖ extendi *P* 16 et *om.* *LGP* ‖ nigrim] *SAP*, nigrum *LG Dic.*, tigrin *h*, tigrim *Bern.* 18 astapum] *HSA cum Plinio*, astapunici *L*, astacponi *G*, astapuni P^1, astacum P^2 ‖ indigentes *S Bern.*, inde gentes $LGhAP^2$ *Dic.*, indigenae P^1 ‖ e] et *G*

32, 6 Multas magnasque ambit insulas: quarum plerae- PL.
que sunt tam [diffusae et] vastae magnitudinis, ut
vix eas dierum quinque cursu praetermeet, quamvis
7 concitus ibi feratur. nobilissima earum est Meroe,
circum quam divisus dextero alveo Astosapes, laevo
Astabores nominatur. ‖ tunc quoque emensus magna PL. 5, 54
longinqua, cum primum occurrentibus scopulis aspe-
ratur, tantis agminibus extollitur inter obiecta rupium,
ut ruere potius quam manare credatur: demumque a
8 cataracte ultimo tutus est: ‖ ita enim quaedam claustra SOL.
eius Aegyptii nuncupant. ‖ relicto tamen hoc pone PL. 5, 53
se nomine, quo Nigris vocatur, ‖ mox inoffensus meat. PL. 5, 54. 64
septem ostiis conditur, in meridiem versus excipitur
Aegyptio mari.
9 ‖ *Gnari siderum vel locorum varias de exces- PL. 5, 55
sibus eius causas dederunt. alii adfirmant etesias
nubium densitatem illo cogere, unde amnis hic auspi-
catur, ipsumque fontem humore superno agitatum

v. 1 multas — 4 Meroe: *similia Ammianus* 22, 15, 11 ‖ *v.* 7 cum primum — 13 conditur: *similia Ammianus* 22, 15, 9. 10 ‖ *v.* 13 in meridiem — 14 mari *adhibuit Isidorus* 13, 21, 7 ‖ *v.* 15 gnari — 157, 2 subministraveriut: *similia Ammianus* 22, 15, 5

1 ambit] habet *G* 2 diffusae et uastae] *LGHP*, uastae et diffusae *S*, diffusae uastae *A Dic.*; tam vastae magnitudinis *Plin.*; *unde delendum videtur* diffusae et 3 cursus *H Dic.* ‖ praetermetet *A* 4 eorum *H* 5 dextero] *LGAP Dic.*, dextro *S Bern.*, *om. h* ‖ astosapes] *LP*[1] *cum Plin.*, astocapes *G*, astisapes *H Dic.*, astapores *SA*, astapes *P*[2] 6 astabores] *LG*[2] *Bern. Dic.* (*Dresd.*), astaboris *h*, astaboras *G*[1] *Dic.* (*Par.*), astapores *SP*, actapores *A*; Astobores *Plin.* ‖ nominatur] *LGP*, nominantur *HSA Dic.* 7 longinquam *A* ‖ occursantibus *SA*; inter occursantes scopulos *Plin.* 8 tantis *om. Dicuili codex Parisinus, non Dresd.* ‖ obiectatus *h*, obiectatum *Bern.* 9 manere *GhP* 10 cateracte *L*, caractere *H* 11 hoc] *H*, hac *L*, ac *G Dic.*, adhuc *SAP* ‖ pone] ponere *Dic.* 12 quo nigris] quod giris *H Dic.*, quo igiris *S* ‖ maneat *S* 13 in mer. uersus] in septentrionem uersus *Dic.* (*Dresd.*), septentrionem versus et *Dic.* (*Par.*); *librorum lectionem firmat Isidorus* 15 gnari] *scripsimus*, ignari *libri*, *nisi quod* si igna *S* 15 16 excessus *S*, excessu *A* 17 hic] is *LG* 18 humore superno (supero *Bern.*) agitatum] *H*, umore (umorem *G*) superagitatum *LGP*, superno humore sublatum *SA*

PL. tantam innndationis habere substantiam, quantum pa-
buli ad liquorem nubila subministraverint. ferunt 32, 10
alii, quod ventorum flatibus repercussus, cum fluo-
rem solitae velocitatis non queat promovere, aquis
in arto luctantibus iutumescat: et quo inpensius con-
troversi spiritus repugnaverint, eo excelsius sublimari
in altitudinis vertices repercussam celeritatem, quando
nec solitus extenuet cursus alveum et stipato iam
flumine venis originalibus torrentium pondera super-
veniant: ita concurrente violentia hinc urgentis ele- 11
menti hinc resistentis, undis exultantibus molem col-
PL. 5, 56 ligi quae excessus facit. ‖ nonnulli adfirmant fontem
eius qui Phialus vocatur siderum motibus excitari
extractumque radiis candentibus caelesti igne sus-
PL. 5, 57 pendi, ‖ non tamen sine certa legis disciplina, hoc
est lunis coeptantibus: verum omnem abscessus ori- 12
ginem de sole concipi primosque fieri excessus tu-
moris cum per cancrum sol vehatur: postmodum tri-
ginta eius partibus evolutis, ubi ingressus leonem
ortus sirios excitavit, emissis omnibus cumulis totam
ION. fluctuationem erumpere. ‖ quod tempus sacerdotes 13
natalem mundi iudicaverunt, id est inter XIII k. Aug.

v. 3 ventorum — 5 intumescat *adhibuit Isidorus* 13, 21, 7; *similia Ammianus* 22, 15, 7

1 tantum *S* 1 2 qu. p. ad l. n.] quanta impendia n. p. ad l. *SA* 2 subm.] strauerint *H* 3 4 fluore *h* 4 promoueri *HS* 5 quo — 6 eo] quanto iam — tanto *SAP* 5 6 contronersi] *libri*; reluctante spiritu controverso *Ammian.*; coutraversi *vulgo* 7 repercussam] repercussa est *A* 9 torrentium *om. H* 10 concurrente] concordi *LG*P^2 11 resistens *h*, resistendis *Bern.*, resistentibus *P* ‖ exaltantibns *L*, extantibus *G* 11 12 colligit *G* 13 sederum *S* 14 cadentibns P^2 16 coetantibus *S*, coitantibus *A* ‖ abscessus] excursus *SA* 17 de sole (solo *P*) coucipi (concipit G^1)] *LGH*P^1, sole fieri *SA*P^2 ‖ primosque — tumoris] primamque exultantiam tumoris incipere *SA*P^2 18 caucrum] campum P^1 19 part. ei. *h* ‖ euolitis *G* 20 emissis — 21 fluctuationem] propulso omni fluore tantam uim amnis *SA*P^1 22 indicauerunt] *LGHP*, uocauerunt *SA* ‖ in tertio decimo kl. *LG*, inter III k. *H*, in (*suprascr.* ter) tertium decimum kl. *S*, in tertium decimum kl. *AP*

et XI. ‖ deinde revocare exitus universos, cum in vir- PL. 5, 57
ginem transeat, penitusque intra ripas suas capere,
32, 14 cum libram sit ingressus. hoc etiam addunt pariter
eum nocere, sive abundantius exaestuet sive parcius:
cum exiguitas minimum adportet fecunditatis, pro-
pensior copia dinturno humore culturam moretur.
15 ‖ maximos eius exitus cubitis duodeviginti consur- PL. 5, 58
gere, ‖ iustissimos sedecim temperari, ‖ nec in quinde- PL. 5, 57. 58
cim abesse proventus fructuarios, quicquid infra sit,
16 famem facere. dant illi etiam hoc maiestatis, ut por-
tendat futura, quandoquidem Pharsalico bello non
fuerit egressus quinque ulnas. iam illud palam est
quod solus ex amnibus nullas expiret auras. ‖ di- PL. 5, 59
cionis Aegyptiae esse incipit a Syene, in qua fines cf. 53
Aethiopum, et inde usque dum mari intimatur Nili
nomen tenet.
17 ‖ Inter omnia quae Aegyptus habet digna memo- PL. 8, 184
ratu praecipue bovem mirantur: Apim vocant. hunc
ad instar colunt numinis, insignem albae notae ma-
cula, quae dextero lateri eius ingenita corniculantis
18 lunae refert faciem. statutum aevi spatium est, quod

v. 17 inter omnia — 159, 8 cibum capiat *referunt scholia novicia ad Lucan.* 8, 479 ‖ *v.* 18 Apim — 159, 12 anno semel *compilavit Isidorus* 8, 11, 86; *similia Ammianus* 22, 14, 7. 8

1 reuocari *SAP* ‖ in *om. H* 2 cape *G* 3 sit in l. ingr. *SA* ‖ par. add. *H* 5 cum] quandoquidem *SAP*^{1} ‖ fec. app. *SA* 7 maximos] *HP*, maximus *LGS*, maximas *A* ‖ eius] deinde eius *SAP* ‖ exitus *om. H* 8 iustissimus *G* ‖ temperare *LGP*^{1}, temparari *S*, comparari *P*^{2} ‖ in *om. LG* 9 adesse *A* ‖ fructuarios *om. P*^{1} ‖ quicquid] sed quicquid *SAP* ‖ infra] *SA*, intra *LGHP* 10 famen *h* ‖ hoc etiam illi *H* 10 11 portendant *S* 11 futura] fut. argumentantes *SAP*^{2} 13 quod solus — expiret auras] quod solus nullas expirare (expsirare *A*) auras ex amn. uniuersis *SA*, solum illum nullas expirare auras ex amn. uniuersis *P*^{1} 14 a Syene] amsienae *h* 15 et *om. H* ‖ mari] maron *SA* ‖ intimatas *H* 17 aegyptos *P* 18 apin *h*, quem apim *A* 19 not. alb. *A* 20 dextro *HSA* ‖ corniculantibus *h* 21 statutum] *HSAP*^{2}, statum *LP*^{1}, estatum *G*; spatium praestitutum *Ammianus*

PL. ut adfuit, profundo sacri fontis inmersus necatur, ne
diem longius trahat quam licebit. mox alter nec sine
PL. 8, 184 publico luctu requiritur, ‖ quem repertum centum an-
auct. tistites Memphim prosequuntur, ut incipiat ibi sacris
PL. 8, 185 initiatus sacer fieri. ‖ delubra quibus succedit aut in- 32, 19
cubat mystice thalamos nominant. dat *omina ma-
nifestantia de futuris: illud maximum, si de consu-
lentis manu cibum capiat. denique aversatus Ger-
manici Caesaris dexteram prodidit ingruentia, nec
multo post Caesar extinctus est. pueri Apim gre- 20
gatim sequuntur et repente velut lymphatici ventura
PL. 8, 186 praecinunt. ‖ bos illi ostenditur femina in anno semel,
et ipsa non absque certis insignibus, quae atque in-
venta et oblata est, eadem die neci datur. Apis na- 21
talem Memphi celebrant iactu paterae aureae, quam
proiciunt in Nili statum gurgitem. haec sollemnitas
per septem dies agitur: quibus diebus cum sacerdo-
tibus quasdam crocodili indutias habent nec attrec-
tant lavantes. verum octavo die caerimoniis iam
peractis, velut reddita saeviendi licentia, solitam resu-
munt atrocitatem.

PL. 8, 89 ‖ Crocodilus malum quadrupes et in terra et in flu- 22
mine pariter valet: linguam non habet: maxillam movet

v. 14 Apis — 18 habent: *similia Ammianus* 22, 15, 17 ‖ *v.* 22 crocodilus — 160, 1 superiorem *excerpsit Dicuil* 7, 9, 1 ‖ *v.* 22 crocodilus — 160, 11 repercutiat *compilavit Isidorus* 12, 6, 19. 20; *similia Ammianus* 22, 15, 15. 16

1 ut *om.* *A* 3 luctu] fletu *h* 3 4 antistes *G* 4 memfim] *HSA*, memfin *LG*, menfin *P* ‖ sacris ibi *A* 5 delubra] tecta P^2 6 omina] *Salm.*, omnia *libri*; de futuris quaedam manifesta signa *Isidorus*; signa rerum futurarum *Ammianus* 6 7 manifesta *SA* 7 maxime *SA* 8 auersutus *h* 9 dext. caes. *S* 10 multum *LGP* ‖ est *om.* *SA* ‖ apin *h* 13 certis] incertis *H* ‖ atque] qua *A* 14 15 naturalem *h* 15 memphi] *P cum Plin.*, memfi *H*, memphici *LG*, memfici *SA* ‖ iactu] uacti *H* ‖ aur. pat. *SAP* 16 proicium *S* ‖ statum] *LGP*, statim *H*, statu *SA* ‖ gurgite *HA* 18 crocodrill- *H constanter*, corcodrill- *Dic.* 22 malus *Dic.* ‖ in fl.] fl. *S* 23 pariter *om.* *A*

superiorem. morsus eius horribili tenacitate conve- PL.
niunt, stipante se pectinatim serie dentium. plerum-
que ad viginti ulnas magnitudinis evalescit. qualia
32, 23 anseris edit ova. metatur locum nido naturali pro-
videntia nec alibi fetus premit quam quo crescentis
Nili aquae non possint pervenire. ‖ in partu fovendo IGN.
mas et femina vices servant. ‖ praeter hiatum oris PL. 8, 89
24 armatus est etiam unguium inmanitate. noctibus in
aqua degit, per diem humi adquiescit. ‖ circumdatur IGN.
maxima cutis firmitate in tantum, ut ictus quovis tor-
25 mento adactos tergo repercutiat. ‖ strophilos avis PL. 8, 90
parvula est: ea reduvias escarum dum adfectat, os
belvae huiusce paulatim scalpit et sensim scalpurri-
gine blandiente aditum sibi in usque fauces facit.
quod ichneumon conspicatus penetrat belvam popu-
latisque vitalibus erosa exit alvo.
26 ‖ Est et delphinum genus in Nilo, quorum dorsa PL. 8, 91
serratas habent cristas. hi delphines crocodilos studio
eliciunt ad natandum ‖ demersique astu fraudulento PL. 8, 92
tenera ventrium subternatantes secant et interimunt.

v. 3 qualia — 6 pervenire *excerpsit Dicuil* 7, 9, 1 ‖ *v.* 11 strophilos — 16 alvo: *similia Ammianus* 22, 15, 19 *et Isidorus* 12, 2, 36 ‖ *v.* 17 est et delphinum — 20 interimunt *compilavit Isidorus* 12, 6, 11. 20; *similia Ammianus* 22, 15, 18

1 tenacita *G* 2 stipanti *G*, stipantes *S* ‖ dent. ser. pect. *SA* 4 anser insedet *Dic.* ‖ oua] oria *h* 5 promit *h* ‖ quo] quod *Dic.*, pro P^1 ‖ cresceutes *SA Dic.* 6 possunt *H Dic.* ‖ pernire *G* ‖ in partu] in parcum *G*, *om. H* 7 mars *S* ‖ femiuas *P* ‖ serant *S* 9 circumdatus *SA* 11 adactus *HS* ‖ strophilus *H*; trochilos *Plin. Ammian.* 12 est *om.* SAP^1 ‖ redubias (a)esc. dum] LGP^2, dum redubias esc. SAP^1, res dubias esc. dum *H* ‖ adfectat] adsectat P^2 13 14 scalpurrigine] *LGSAP*, prurigine *H* 15 hicneumon consp. $LGHP^2$, enhydrus (denhydrus *A*) consp. alterum ichneumonum (inneumonum P^1) genus SAP^1; somno pressum conspicatus ichneumon *Plin.*, quod factum contuens enhydrus ichneumonis genus *Ammianus*, enhydros si invenerit dormientem crocodilum *Isidorus* 15 16 populatusque pitalia *P* 16 rosa *A* 17 est et delfinum genus] LGP^2, est delfinum genus *H*, sunt delphines SAP^1 ‖ in *om. LG* 18 delfini *LG* 19 nandum (*corr.* natandum) *A* ‖ dimersique *LG* ‖ fraudulento *om. SA* 20 subternantes *A*, subterantes *S*

PL. habitant in insula Nili homines forma perexigui, sed 32, 27
audacia usque eo praediti, ut crocodilis se offerant
obvios: nam haec monstra fugientes insequuntur, for-
PL. 8, 93 midant resistentes: ‖ ergo capiuntur, subactique etiam
intra aquas suas serviunt et perdomiti metu ita ob-
sequuntur, ut inmemores atrocitatis victores suos in-
PL. 8, 94 equitantes dorso vehant. ‖ hanc ergo insulam et hanc 28
gentem ubicumque indicio odoris persenserint, procul
fugiunt. in aqua obtunsius vident, in terra acutissime.
hieme nullum cibum capiunt, quin etiam quattuor men-
ses a coeptu brumae inedia exigunt.
PL. 8, 91 . ‖ Scinci quoque circa Nilum frequentissimi, croco- 29
dilis quidem similes, sed forma modica et angusta,
verum ad opem salute non qualibet necessarii: me-
dentes quippe ex ipsis pocula inficiunt, quibus extin-
guitur vis veneni.
PL. 8, 95 ‖ Hippopotamus in eodem flumine ac solo nas- 30
citur, equino et dorso et iuba et hinnitu, rostro

v. 1 habitant — 9 fugiunt *excerpsit Dicuil* 7, 9, 3 ‖ v. 3 haec monstra — 4 resistentes: *similia Ammianus* 22, 15, 20 ‖ v. 9 in aqua — 11 exigunt *excerpsit Dicuil* 7, 9, 2; *similia Ammianus* 22, 15, 20 ‖ v. 17 hippopotamus — 162, 2 depascitur *compilavit Isidorus* 12, 6, 21 ‖ v. 17 hippopotamus — 162, 10 invexit: *similia Ammianus* 22, 15, 21—24

1 habitant] praeterea h. *SAP* ‖ exigui *Dic.* 2 usque eo] eo usque *S*, usque adeo *Dic.* ‖ praediti] *SP*, perditi *A*, periti *Dic.*, pergit *LG*, pergunt *H* ‖ offerat *L* 3 fug. sequuntur *H*, fugientia secuntur *Dic.* 4 ergo] et *Dic.* 5 intra] *Dic.*, inter *libri nostri* ‖ perdomita *Dic.* 6 7 in aequitatis dorso *S*, equitantes in dorso *Dic.*, in dorso equitantes *h* 7 uehat *A* 9 obtuntius *Dic.* 10 cib. null. *H Dic.* 11 a coeptu] *SAP*, acceptu *H Dic.* (*Dresd.*), accepta *Dic.* (*Par.*), accepto *GB* (*in L erasum*) 12 scini *h*, scinici *S* ‖ frequentissim(a)e *LGS* 13 quidem *om. H* ‖ forma modica et ang.] *LGP*[1], modica forma et ang. *H*, forma minuscula *SAP*[2] 14 salute] *H*, salutarem *LGSAP* ‖ necessaria *G* 15 conficiunt *h* 15 16 extinguitur (et ext. *LG*) uis ueneni] *LGH*, uis uen. ext. *P*[2], et stupor neruorum excitetur et ueneni (ueni *P*[1]) uis extinguatur (exigatur *P*[1]) *SAP*[1] 17 hippotamus *S*, ippotamus *H constanter*, hippopotamius *P* 18 et *ante* dorso *del.* *P*[2]

resimo, ungulis bifidis, aprinis dentibus, cauda tortuosa. PL.
noctibus segetes depascitur, ad quas pergit aversus
astu doloso, ut fallente vestigio revertenti nullae ei
32, 31 insidiae praeparentur. ‖ idem cum distenditur nimia PL. 8, 96
satietate, harundines recens caesas petit, per quas
tamdiu obversatur, quoad stirpium acuta pedes vulnerent, ut profluvio sanguinis levetur sagina: plagam
deinde caeno oblinit, usquedum vulnus conducatur in
cicatricem. hippopotamos et crocodilos primus Romae M. Scaurus invexit.

32 ‖ Circa easdem ripas ales est ibis. ea serpentium IGN.;
populatur ova gratissimamque ex his escam nidis cf. PL. 8, 97
suis defert: sic rarescunt proventus fetuum noxiorum.
33 ‖ nec tamen aves istae tantum intra fines Aegyptios MEL. 3, 8, 9
prosunt: nam quaecumque Arabicae paludes pennatorum anguium mittunt examina, quorum tam citum
virus est, ut morsum ante mors quam dolor insequatur, sagacitate qua ad hoc valent aves excitatae
in procinctum eunt universae et prius quam terminos
patrios externum malum vastet, in aëre occursant
catervis pestilentibus: ibi agmen devorant universum:

v. 11 circa — 13 defert *compilavit Isidorus* 12, 7, 33 ‖ *v.* 11 circa — 163, 1 ore pariunt: *similia Ammianus* 22, 15, 25. 26 ‖ *v.* 16 quorum — 18 insequatur *adhibuit Isidorus* 12, 4, 29

1 resimo] *LHSP*^{1} *cum Plinio*, resupino *GBP*^{2}, resupinato *A cum Isidoro* ‖ aprinis] *GBH et in litura S cum Isidoro*, aprugnis *P*^{2}, aprugineis *LP*^{1}, acpruginis *A* 2 nocte *H* ‖ ad quas pergit] *LGP*, aquas pergit *A*, aquas spargit *H*, aqua spergit (*corr.* aquas spargit) *S* 3 falso *H* ‖ reuerenti *L*, reuertendi *G* ‖ ei *om. hP erasumque in L* 4 extenditur *A* 5 qnassas *h*, cassas *Bern.* 6 obserratur *A* 7 leuet saginam *h* 8 conducitur *A*, condatur *H* 9 cicatrice *H* ‖ primum *A* 9 10 romae m.] *HSAP*^{2}, romam *LGP*^{1} 10 inuxit (*corr.* induxit) *A* 11 circum *SAP* 11 12 serpentum pabulatur *H* 13 refert *H* ‖ prouentn fetus *H*, prouentu fetunm *SA*; ut rarescant mortiferae pestes absumptae *Ammianus* 14 tamen *om. SA* 15 prosnnt] sunt *H* ‖ qnaecumque] *LGHP*, que cum *S*, cum *A*; quacnmque *coniecit Salm.*; *malim cum S* namque cum Arabicae 15 16 pinnatornm *HA* 18 ualens *A* 19 20 terminos patrios] patrias *H* 20 aeternum *A*

IGN. cf. PL. 10, 32 quo merito sacrae sunt et inlaesae. ‖ ore pariunt.
PL. 10, 87 ‖ nigras solum Pelusium mittit, reliqua pars candidas.

PL. 13, 56 ‖ De arboribus quas sola fert Aegyptus praecipua 32, 34
est ficus Aegyptia, foliis moro comparanda, poma
non ramis tantum gestitans, sed et caudice: usque
PL. 13, 57 adeo fecunditati suae angusta est. ‖ uno anno septies
fructum sufficit: unde pomum decerpseris, alterum
sine mora protuberat. materia eius in aquam missa 35
subsidit: deinde cum diu desederit in liquore, levior
facta sustollitur et versa vice, quod natura in alio
ligni genere non recipit, fit humore sicca.

PL. 12, 103 ‖ Palma quoque Aegyptia dicenda res est: proprie 36
adipsos vocatur, ut dici oportet ea, quae gustata
arcet sitim. odor ei idem qui et malis Cydoniis. sed
demum sitim sedat, si prius quam maturuerit decerpatur:
nam si matura sumatur, sensum intercipit,
gressum praepedit, linguam retardat obsessisque officiis
mentis et corporis ebrietatis facit vitium.

IGN. ‖ Aegyptium limitem, qua ad Diacecaumenen ten- 37
cf. PL. 2, 107 dit, incolunt populi, qui momentum, quo reparari mundum
ad motus ferunt annuos, hoc studio deprehendunt.
eligitur sacer lucus, in quo consaeptant animalia
diversissimi generis. ea, ubi ad statum modum

v. 7 uno anno — 11 sustollitur *compilavit Augustinus de civ. dei* 21, 5, 1 *indeque potius quam ex Solino pendet Isidorus* 17, 7, 17 ‖ *v.* 13 palma — 15 sitim *compilavit Priscianus v.* 248. 249

1 ore *om.* *H* 2 3 candida *L*[1] 7 fecunditatis *LHP* ‖ est ut anno uno *h*, est ut uno anno *Bern.* 9 protulerat *h* ‖ materies *SAP* 10 subdit *S* ‖ dein *A* 13 propria *H* 14 ut dici] aut dicit *h*, aut dici *Bern.* ‖ oportet] *HSA*, oportuit *LGP* 15 odor ei idem] *LGP*, odor est idem *H*, odore idem *SA* ‖ cydoneis *H* 16 maturauerit *H*, matuerit *S*, maturuit *P* 19 ebr. fac. uit.] nitium ebrietatis imitatur *SAP*[1] 20 aegiptum *h* ‖ qua *om.* *h* ‖ diacecaumenen] *LGAP*, diacecaumen *S*, diaticae cacumen con *H* 21 quo — 23 eligitur *om.* *P* 22 fuerunt *S* ‖ annus *L* 23 erigitur *H* ‖ locus *HSAP* ‖ in quo cons.] in quem compellunt *SAP*[2] 24 statum modum] *LGP*[1], statutum modum *H*, statam lineam *SP*[2], statutam lineam *A*

caelestis perveniunt disciplinae, sensus suos significa- ION.
32, 38 tionibus produnt quibus possunt: alia ululant, alia
mugiunt, quaedam strident, nonnulla simul confugiunt
ad volutabra. hoc argumentum illis est magistrum
39 ad indicium temporis deprehendendi. ‖ iidem populi MEL. 1, 9, 8
ferunt a primis sibi gentis suae avis traditum, ubi
nunc occasus est, quondam ibi ortus solis fuisse.
40 ‖ Inter Aegyptias urbes numero portarum Thebae PL. 5, 60
nobiles, ad quas commercia Arabes * Indique subve-
41 hunt: hinc regio Thebaica. Abydos et ipsa nobilis,
olim Memnonis regia, nunc Osiris fano exculta. ‖ Ale- PL. 5, 62
xandriam et operis ipsius magnitudo et auctor Ma-
cedo nobilitant: quam metatus Dinocrates architecton
42 alterum a conditore in memoria locum detinet. ‖ con- ION.
dita autem Alexandria est duodecima centesimaque
olympiade, L. Papirio Sp. f. C. Poetelio C. f. con-
sulibus Romanis, ‖ haud longe ab ostio fluminis Nili, PL. 5, 64
quod Heracleoticon alii, alii Canopicon appellant.
43 ‖ Est et Pharos, colonia a Caesare dictatore de- PL. 5, 128

v. 8 inter Aegyptias — 10 Thebaica *compilavit Isidorus* 15, 1, 35 ‖ *v.* 11 Alexandriam — 13 architecton: *similia Ammianus* 22, 16, 7; *cf. Isidorus* 15, 1, 34 ‖ *v.* 19 est et Pharos — 165, 6 dicunt *adhibuit Isidorus* 15, 2, 37. 20, 10, 10; *similia Ammianus* 22, 16, 9

1 perueniunt disciplinae] *H*, peruenit (-nitur *GB*) disciplinae (-ua P^1) $LGBP^1$, uertigo prouecta (peruecta *A*) est SAP^2 3 *post* strident *ins.* et quaedam rudiunt *LP*, et (*om. SA*) quaedam rugiunt (rugunt *B*) *GBSA*; *om. H recte* 4 hoc *om. H* ‖ magisterium *SA* 5 deprehendi *S* 7 ortum *A* 8 numere *h* ‖ thebae] th. fuisse *h* 9 nobilis *LG* ‖ Indique P^2; undique $LGHP^1$ *cum Isidoro* (ad quas ad commercia Arabes undique subvehunt *Isid.*), undique gentium SAP^2; Thebe portarum centum nobilis fama, Coptos Indicarum Arabicarumque mercium emporium *Plin.* 9 10 subeunt *LG* 10 regio] ergo *h* ‖ thebaida *H cum Isidoro* ‖ aboedos *LGSP*, abaedos *HA* 11 memmanis *S* ‖ osirius *A* ‖ exculpta *H* 12 ips. op. *H* 12 13 Macedo] alexander macedo *SA* 13 nobilitat *A* 14 alterum a c. in memoria (-riam *H*) l. detinet] secundum post conditorem inter (in SP^2) memorabilia (memoria P^2, memoralia *A*) locum sortitus est SAP^2 ‖ condita — 18 appellant *om. H* 16 lucio papirio spurio spurii filio *LGP* ‖ gaio petilio *LGAP*, galo paetilio *S* 18 alii alii] *SAP*, alii *LG* 19 farus *LG*

PL. ducta, e qua facibus accensis nocturna dirigitur na-
vigatio: nam Alexandria insidioso accessu aditur, fal-
lacibus vadis, caeco mari, tribusque tantum canalibus
IGN. admittit navigantes, Posideo Tegano Tauro. ‖ hinc
igitur in portibus machinas ad praelucendi ministe-
rium fabricatas pharos dicunt. pyramides turres sunt 32, 44
fastigatae ultra excelsitatem omnem quae fieri manu
possit: itaque mensuram umbrarum egressae nullas
habent umbras. nunc ab Aegypto provehamus stilum.

PL. 5, 65 ‖ Ultra Pelusiacum ostium Arabia est, ad Rubrum 33, 1
PL. 6, 107 pertinens mare, ‖ quod Erythraeum ab Erythra rege
IGN. ‖ Persei et Andromedae filio, non solum a colore ap-
cf. SOL. 7, 26 pellatum Varro dicit. qui affirmat in litore maris istius
fontem esse, quem si oves biberint, mutent vellerum
qualitatem, et antea candidae amittant quod fuerint
usque ad haustum ac furvo postmodum nigrescant
colore.

PL. 5, 65 ‖ Rubri autem maris Arsinoë oppidum. verum 2
haec Arabia procedit ad usque illam odoriferam et
divitem terram, quam Catabani et Scaenitae tenent
PL. 6, 143 Arabes, nobiles monte Cassio: ‖ qui Scaenitae cau- 3
sam nominis inde ducunt, quod tentoriis succedunt
nec alias domos habent: ipsa autem tentoria cilicia

v. 6 pyramides — 9 umbras *compilavit Isidorus* 15, 11, 4; *similia Ammianus* 22, 15, 28. 29; *cf. schol. novicia ad Lucan.* 8, 697 ‖ *v.* 10 ultra — 20 terram *compilavit Capella* 6, 677. 678 ‖ *v.* 23 cilicia — 166, 1 texta *compilavit Isidorus* 19, 26, 10

1 e] *H*, ex *LG*, de *SAP* ‖ accensu *G* 2 adicitur *H* 3 uadis] undis uadis *LGP*; fallacibus vadis *etiam Isidorus* ‖ canalibus] milibus *H* 4 possideo *SA*, possidet *H*, postideo *LGP cum Plinii libris dett.*; Posideo *Plin.* (*Leid.*) ‖ hanc *h* 6 sunt] sunt in aegypto *SAP* 7 fastigiatae *G* ‖ qua *G* 11 erithra] *HSA*, berytho *L*, heritho *P*, erico *G* 12 persarum *A* 14 mutant *H* 16 chaustum *LP* ‖ fuluo *H* 20 diuidentem *H* ‖ catabani] *H*, catabyani *LP*[1], catabiani *G*, scaptabani *SAP*[2] ‖ tenenent *S* 21 cassito *H* ‖ quis *G* 21 22 causam] *H*, causas *LGSAP* 22 tentoris *G* 23 domus *H* ‖ habitant *SA* ‖ cilicina *LGP*

sunt: ita nuncupaut velamenta caprarum pilis texta.
33, 4 ‖ praeterea suillis carnibus prorsus abstinent. sane PL. 8, 212
hoc animalis genus si invectum illo fuerit, ilico mo-
ritur. ‖ hanc Arabiam Graeci Eudaemonem, nostri PL. 5, 65. 6, 138
Beatam nominaverunt. ‖ habitatur in colle manu facto PL. 6, 138
inter flumen Tigrim et flumen Eulacum, ‖ quod or- PL. 6, 135
tum a Medis tam puro fluore inclitum est, ut omnes
inde reges non alias quam eius aquas bibant.
5 ‖ Eudaemonem non frustra cognominatam hinc ca- PL. 12, 51
pessas, quod praeter odores, quos creat plurimos, sola
tus mittit, nec tamen universa. ‖ nam in medio eius PL. 12, 52
sunt Astramitae, pagus Sabaeorum, a quo octo man-
sionibus regio turifera disterminatur, Arabia appellata,
6 id est sacra: hoc enim significari interpretantur. ‖ vir- PL. 12, 54
gulta haec non sunt publica, sed quod inter barbaros
novum, in ius posterorum per successiones transeunt
7 familiarum. ergo quicumque dominatum istius teneut
nemoris, Arabice sacri vocantur. iidem illi cum lucos
istos vel metunt vel incidunt, non funeribus iuter-
8 sunt, non congressibus feminarum polluuntur. ‖ hanc PL. 12, 56
arborem, priusquam penitus fides proderetur, alii len-
tisco, alii mage terebintho conparabant, usquedum

v. 4 hanc — 5 nominaverunt *compilavit Isidorus* 14, 3, 15 ‖ *v.* 10 odores — 14 sacra *compilavit Isidorus* 14, 3, 15

1 ita — texta *om. G* ‖ ita] ita enim *H* ‖ nuncupant] *HSAP*², nominant *LP*¹ ‖ capr.] e capr. *SA*   2 suillis] suis *h*   3 4 mor. il. *H*   4 greco *G*   5 *ante* habitatur *fortasse exciderunt plura, cf. Plin.:* Charax oppidum Persici sinus intumum, a quo Arabia Eudaemon cognominata excurrit, habitatur in colle *cet.* ‖ habitatur] ha^r^tatur *S* ‖ in *om. LGP*   6 tigrin *h*   7 tam] ita *H*   8 inde *om. SA*   10 quos] quod *h* ‖ sola] sal *S*   12 sunt astramite] *LGSP*, sunt atramite *A*, samstramitae *h*, sanstramitae *Bern.*; Astramitae *Plin.* (*Ricc.*) ‖ octo] VII *L*¹   12 13 mansionibus] mansio *S*   13 Arabia — 14 interpretantur *om. G*   13 Arabia] *libri Solini ut optimi quique Plinii et Isidorus*; Saba *Plinii dett.* ‖ appellata — 14 interpretantur *om. h*   13 appellatur (*corr. m.* 1 appellata) *L*   14 interpretatur *P*   16 in *om. h* ‖ transeant *h*   17 dominium *H*   19 funeris *hS*   20 congresionibus *SAP*; congressu *Plin.*   21 proderet *L*¹(?)*B*   21 22 alii lentisco *om. H*   22 mage] *LGP Bern.*, magis *hSA*

PL. libris quos Iuba rex scripsit ad Caesarem Augusti
filium palam fieret intorto eam esse vimine, ramis
ad aceris qualitatem, amygdalae modo sucum fundere,
PL. 12, 58 ‖ incidi ortu canis flagrantissimis solibus.

PL. 12, 66 ‖ In iisdem saltibus myrrha provenit, cuius radices 33, 9
ut vitium rastris proficiunt, ablaqueationibus gaudent;
PL. 12, 68 nudatae pinguiori fluunt lacrima. ‖ sponte manans
pretiosior ex ea sudor est: elicitus corticis vulnere
PL. 12, 67 vilior iudicatur. ‖ codex in vertiginem flexus et spinis 10
hispidus: folium crispius licet olivae tamen simile:
maxima extollitur ad quinque cubita proceritatis.
PL. 12, 80 ‖ Arabes sarmentis eius ignes fovent, quorum fumo
satis noxio, nisi odore cremati storacis occurrant,
plerumque insanabiles morbos contrahunt.

PL. 10, 3 ‖ Apud eosdem nascitur phoenix avis, aquilae 11
magnitudine, capite honorato in conum plumis ex-
tantibus, cristatis faucibus, circa colla fulgore aureo,
postera parte purpureus absque cauda, in qua roseis
PL. 10, 4 pennis caeruleus interscribitur nitor. ‖ probatum est 12
quadraginta et quingentis eum durare annis. rogos

v. 2 palam — 3 qualitatem *exscripsit Priscianus inst.* 5, 15 *et* 6, 44, aceris *idem* 2, 61 ‖ *v.* 2 ramis — 3 fundere *adhibuit Isidorus* 17, 8, 2 ‖ *v.* 5 in iisdem s. m. p. *adhibuit Isidorus* 14, 3, 15 ‖ *v.* 7 sponte — 14 contrahunt *compilavit Isidorus* 17, 8, 4 ‖ *v.* 15 apud o. n. ph. a. *adhibuit Isidorus* 14, 3, 15 ‖ *v.* 15 apud — 168, 2 superposita *excerpsit Dicuil* 7, 12, 2

1 rex] r *S*, *om.* *A* ‖ scribit *LG* 3 acmygdale *S* 5 isdem *AP*[1], hisdem *LGHP*[2], istem saltem *S* 6 albaqueationibus *S*, ablaqueationibusque *G* 7 nudatae] nudeque *h*, nudaque *Bern.* ‖ pinguiori] *LHSAP*, pinguiore *GB* 9 codex] *SA cum Plinio*, cortex *LGHP* 10 cripius *S* ‖ lucet *h* 11 maxima] *H*, maxima altitudo *LG*, maxima altitudine *SAP* ‖ ad quinque cubita] a quinque cubitos *G* 12 ignis *h* 13 accurrant *h* 14 *post* contrahunt *ins. denuo* (*cf. p.* 152, 1—11) *locum de cinnamo:* idem arabes — concipit (*v. app.*) *SAP* 15 au. phoen. *SAP* 17 collo *h*, collum *Dic.* 18 absque cauda] extra caudam *H*, praeter caudam *Dic.* ‖ roseus *LH* 19 pinnis *LSP* ‖ inscribitur *Dic.*, scribitur *H* 20 eam *Dic.*

suos struit cinnamis, quos prope *Panchaiam con- PL.
cinnat in Solis urbem, strue altaribus superposita.
33, 13 ‖ cum huius vita magni anni fieri conversionem rata PL. 10, 5
fides est inter auctores: ‖ licet plurimi eorum non IGN.
quingentis quadraginta, sed duodecim milibus non-
gentis quinquaginta quattuor annis constare dicant.
14 ‖ *Q. Plautio itaque et Sex. Papinio cos. Aegyptum PL. 10, 5
phoenix involavit: captusque anno octingentesimo urbis
conditae iussu Claudii principis in comitio publicatus
est. quod gestum, praeter censuram quae manet, actis
etiam urbis continetur.

15 ‖ Cinnamolgus perinde Arabiae avis in excellen- PL. 10, 97
tissimis lucis texit nidos e fruticibus cinnamorum:
ad quos quoniam non est pervenire propter ramorum
altitudinem et fragilitatem, accolae illas congeries
plumbatis petunt iaculis deiectasque pretiis vendunt
amplioribus, quod hoc cinnamum magis quam alia
mercatores probent.

16 ‖ Arabes longe lateque diffusi diversis et moribus PL. 6, 162
vivunt et cultibus. plurimis crinis intonsus, mitrata

v. 4 licet — 6 dicant: *eadem Tacitus dial. de orat.* 16 *et Servius ad Vergilii Aen.* 1, 269. 3, 284, *citantes Ciceronis Hortensium* ‖ *v.* 12 cinnamolgus — 18 probent *compilavit Isidorus* 12, 7, 23

1 snos] sibi *Dic.* ‖ quas *h* ‖ prantheam *H*, practheam *Dic.*, pranctheam *LP*, prancthea *G*, practhea *A*, panpractheam chaiam *S*, *in cuius archetypo apparet super vulgatam lectionem scriptam fuisse veram, coniectura petitam scilicet ex Vergilii loco georg.* 2, 139; Pacatam *Plinii libri* 1 2 concinant *H*, concinnnt *Dic.* (*certe Dresd.*) 2 urbem] *LS cum Plinio*, orbem *GHAP* ‖ strue] *GAP Bern. ex coniectura fortasse*, struere *LBhS Dic.* ‖ superpositis *Dic.* 3 uitam *H* ‖ rara *P* 4 licet] qnamnis *SA* ‖ non] *H*, magnum annnm non *LGSAP* 5 et quadraginta *SAP* 6 7 dicant plantio (platio *G*, plantio *h*) itaquo sextio et (sexto e *G*) papinio (*H*, p. apronio *LGP*, publio aponio *SA*) *libri*; Q. Plautio Sex. Papinio *Plin.* 8 inuiolauit *S* ‖ urbes *S* 12 cinamolgós *LGP*, cynamolgus *H*, cynomolgus *A*, cyriomolgus *S* 13 fructicibns *L*, fructibus *H* 14 peruenirí *LGAP* 15 flagilitatem *P* 16 plnmtis *h* ‖ deiectosqne *LG* 17 quod] eo quod *H cum Isidoro* 18 praebent *G* 20 tonsns *H*

PL. capita; redimitu pari pars rasa in cutem barba. com-
merciis student, aliena non emunt, vendunt sua: quippe
IGN. et silvis et mari divites. || umbrae quae nobis dex- 33, 17
PL. 6, 169 terae sunt illis sinistrae. || pars eorum quibus asper
victus est angues edunt, nulla vel animi cura vel cor-
poris, ac propterea ophiophagi nominantur.
IGN.; cf. PL. 37, 4 || Ex istius litoris sinu Polycrati regi advecta sar- 18
donyx gemma prima in orbe nostro luxuriae excitavit
facem. nec multum de ea disserendum puto, adeo
PL. 37, 89 sardonyx in omnium venit conscientiam. || superfi-
cies eius probatur, si meracius rubeat: arguitur, si
fuerit faeculeutior: medietas circuitur limite candi- 19
cante: optima est, si nec colorem suum spargat in
PL. 37, 88? proximum nec ipsa ex altero mutuetur: || reliqua
PL. 37, 86? nigro finiuntur. || quod si transluceat, vitio vertitur:
PL. 37, 114 si perspicuitatem arceat, proficit ad decorem. || et 20
molochiten Arabs invenit, virentem crassius quam
smaragdus, contra infantum pericula ingenita vi re-
PL. 37, 136. 137 sistentem. || invenit et iridem in mari Rubro, sicut
crystallum sexangulatam, quae radiis icta solis rutilo
aëris repercussu caelestis arcus ex sese iacit speciem.
PL. 37, 144 auct. || androdamantem iidem legunt Arabes nitoris ar- 21
gentei, lateribus aequaliter quadris, quem de adamante

v. 16 et molochiten — 19 resistentem *compilavit Priscianus v.* 882 || *v.* 22 androdamantem — Arabes *compilarunt Priscianus v.* 883 *et Isidorus* 16, 15, 8, *hic tamen hoc loco magis secutus Plinium*

1 redimitu pari pars] *SAP*, redimitu (-ti *h*) pars *H*, redimitu (redemitu *L*) pari *LG*; Arabes mitrati degunt aut intonso crine, barba abraditur praeterquam in superiore labro, aliis et haec intonsa *Plinius. Solinus hoc voluit mitratos fuisse Arabes omnes, alios crine intonso, alios rasa barba* || cute *H*, cuti *LG*, cuten *P* 3 4 dextrae *S*, dextera est *L solus* 5 6 uelaminis cura corpori (-ris *Bern.*) *H* 7 ex] et *h* 8 in urbe nostra *A* || incitauit *h* 9 faciem *S* || multa *H* 12 circumitur *SAP* || limine *h*, lumine *Bern.* 12 13 candidante *LP* 13 est *om. SA* || nec] et *A* 14 ipsa] *GBSA*, ipse *LHP* || mutetur *H* 15 uitio] e uitio *H* 17 molochitem *H* 18 smaragdos *A*, zmaragdos *S* 18 19 resistem *S* 20 iecta *h* 21 repercussa *hS* || se *A* || speciamen *S* 22 andromantem *H*, andradamantem *LGP* || idem *libri*

nonnihil mutuatum putes. datum illi nomen ex eo PL.
censent, quod animorum calentium mollit impetus et
33, 22 tumentes refrenat iras. ‖ paederotem etiam et Ara- SOL.
bicam inde sumimus. ‖ Arabica aspectu eburnea est, PL. 37, 145
radi abnuit: contra nervorum molestias prodest ha-
bentibus. ‖ in paederote congruit quicquid eximium PL. 37, 129
est quadam decoris praerogativa: crystallinum lucet,
rubet purpuram, orarum extimis corona crocea velut
23 e liquido renitente: hac suavitate oculos afficit, visum
inlicit, detinet intuentes: ‖ hac etiam gratia Indis PL. 37, 130
placet. ‖ hoc Arabiae sat est: ad Pelusium repa- SOL.
triemus.
34, 1 ‖ A Pelusio Cassius mons est et delubrum Iovis PL. 5, 68
Cassii, atque ita Ostracine locus Pompeii Magni se-
pulchro inclitus. Idumaea inde incipit palmis opima.
deinde Ioppe oppidum antiquissimum orbe toto, ut-
2 pote ante inundationem terrarum conditum. ‖ id op- PL. 5, 69
pidum saxum ostentat, quod vinculorum Andromedae
vestigia adhuc retinet. ‖ quam expositam belvae non PL. 9, 11
inritus rumor circumtulit: quippe ossa monstri illius
M. Scaurus inter alia miracula in aedilitate sua Ro-

v. 13 a Pelusio — 15 inclitus: *similia Ammianus* 22, 16, 3 ‖ v. 16 Ioppe — 171, 4 eminentior *compilavit Isidorus* 15, 1, 19

1 nonnihil] nil *H* ‖ mutatum *HS* 2 animarum *A* 3 tumentis *H* ‖ refrenat] frangit *SAP*[2] ‖ et] *SA*, *om. LGHP* 3 4 arabicum *S* 4 aspectu] specie *SAP*[2] ‖ eburna *HSA* 5 radi] *P*, radia *L* (*ante corr.*) *GSA*, india *H* ‖ proderit *H* 7 decorus *S* 8 purpuram] *LSA*, purpura in *G*, purpura *H* ‖ orararum *P*[1] ‖ corona crocea] *SAP*, corocrocea *LG*, croco congruit *H* 9 renidendo *G*, renidente *P* ‖ ac *LG* 10 intuentes] uentis *S* ‖ hac etiam] *LGP*, haec etiam *SA*, haec *H* 11 ad] hinc ad *SAP* ‖ pelensium *h* 11 12 repatriam *A*, nela repatriemus *P* 13 peleusio *h* 14 cassii atque ita] cassi deinde *SP*[2], inde *A* ‖ ostracinae *HSA*, ostraginae *LG* ‖ locus] l. clarus *SAP* 15 idimea *LGS*, idymea *P* ‖ palmis opima] *fortasse scr.* Palaestina; *nam* mox Idumaea incipit et Palaestina *Plinius, tacens de palmis; neque enim huc referenda sunt* Hiericuntis palmeta 5, 70 16 dein *H* 17 terr. inund. *SA* ‖ id] in *G* 18 ostentant *S* ‖ andromadae *A* 19 exposita *S* 20 mostri *L*

PL. mae publicavit. annalibus nota res est: mensura quo- 34, 3
que veracibus libris continetur, scilicet quod costa-
rum longitudo excesserit pedes quadraginta, excelsitas
fuerit elephantis Indicis eminentior: porro verticuli
spinae ipsius latitudine semipedem sint supergressi.
PL. 5, 70. 71 ‖ Iudaea iulustris est aquis, sed natura non eadem 35, 1
aquarum omnium. Iordanis amnis eximiae suavitatis,
Paneade fonte dimissus, regiones praeterfluit amoe-
nissimas; mox in Asphaltitem lacum mersus stagno
PL. 5, 72 corrumpitur. ‖ qui Asphaltites gignit bitumen, animal 2
non habet, nihil in eo mergi potest: tauri etiam ca-
PL. 5, 71 melique inpune ibi fluitant. ‖ est et lacus Sara ex- 3
tentus passuum sedecim milibus, circumsaeptus urbi-
bus plurimis et celebribus, ipse par optimis. sed
lacus Tiberiadis omnibus anteponitur, salubris ingenuo
IOS.; cf. PL. 5, 70 aestu et ad sanitatem usu efficaci. ‖ Iudaeae caput fuit 4
Hierosolyma, sed excisa est. successit Hierichus: et
PL. 5, 72 haec desivit, Artaxerxis bello subacta. ‖ Callirrhoe
Hierosolymis proxima, fons calore medico probatissi-
mus et ex ipso aquarum praeconio sic vocatus.

v. 6 Iudaea inl. est aq. *adhibuit Isidorus* 14, 3, 21 ‖ v. 10 qui — 11 potest *male adhibuit Isidorus* 13, 13, 6 ‖ v. 14 sed lacus — 16 efficaci *compilavit Isidorus* 13, 19, 5

1 2 meusura — coutiuetur] *HA*, meusurae — continentur *LGP*, mensurae — coutinetur *S* 3 4 excelsitas f. el. iud. em.] sublimitas autem el. ind. em. f. *SAP*^{1} 4 uertibula *H* 5 latitudinem *H*, latitudinis *SA* 7 iordaues *S* ‖ eximia *S* 8 praeter flnui *S* 9 asfaltitem] *LGP*^{1} *Bern.*, affaltitem *h*, asfaltiten *A*, asfalitten *S*, asfalitem *P*^{2} 10 asfalittes *S*, affaltites *h*, asfaltitis *LGP* ‖ bit. (pitumeu *S*) gign. *SAP* 11 eo] eum *P* 12 sara] *libri*; genesara *A*^{2}, *Salm. cum Plin.* 12 13 extensus *SA* 13 passu *G* ‖ circumseptus] *A Bern. cum Plinio*, circumsepsus *hP*^{1}, circumses.us *S*, circumsessus *LGP*^{2} 14 celeribus *P* ‖ ipse] in se *G* 15 omn.] his (h.. *L*) omnibus *LG* •16 haustu *H* 17 hierusolima *S*, iherosolima *h* ‖ hierichus] macherus *P*^{2} *ex Plinio* 5, 72: Machaerus secnnda quoudam arx Iudaeae ab Hierosolymis 18 haec] haec caput esse *SAP*^{2} ‖ artaxersis bello *HP*, bello artaxersis *SA* ‖ subdncta *H* 19 hierusolimis *S*, iherosolimis *H* ‖ colore *H* 20 et *om. H* ‖ nocatus] uotatns *P*, uocatus est *L* (*ubi* est *erasum*) *GH*

35, 5 ‖ In hac terra balsamum nascitur, quae silva intra PL. 12, 111
terminos viginti iugerum usque ad victoriam nostram
fuit: ‖ at cum Iudaea potiti sumus, ita luci illi pro- PL. 12, 112
pagati sunt, ut iam nobis latissimi colles sudent bal-
sama. similes vitibus stirpes habent: malleolis dige-
runtur, rastris nitescunt, ‖ aqua gaudent, ‖ amant am- IGN. ‖ PL. 12, 112
putari, ‖ tenacibus foliis sempiterno inumbrantur. ‖ lig- PL. 12, 113. 115
6 num caudicis attrectatum ferro sine mora moritur: ea
propter aut vitro aut cultellulis osseis, sed in sola
cortice artifici plaga vulneratur, ‖ e qua eximiae sua- PL. 12, 116
vitatis gutta manat. ‖ post lacrimam secundum in PL. 12, 118
pretiis locum poma obtinent, cortex tertium, ultimus
honos ligno.
7 ‖ Longo ab Hierosolymis recessu tristis sinus pan- IGN.
ditur, quem de caelo tactum testatur humus nigra et
8 in cinerem soluta. ibi duo oppida, Sodomum nominatum
alterum, alterum Gomorrum, apud quae pomum quod
gignitur, habeat licet speciem maturitatis, mandi tamen
non potest: nam fuliginem intrinsecus favillaciam am-
bitio tantum extimae cutis cohibet, quae vel levi pressa
tactu fumum exhalat et fatiscit in vagum pulverem.
9 ‖ Interiora Iudaeae occidentem quae contuentur PL. 5, 73
Esseni tenent, qui memorabili disciplina recesserunt

v. 1 in hac — 5 stirpes habent *adhibuit Isidorus* 17, 8, 14 ‖ *v.* 14 longo — 21 pulverem *compilarunt Augustinus de civ. dei* 21, 5, 1 *et Isidorus* 14, 3, 24. 25

2 terminos] spatium *Bern.*, *om. h*; *agnoscit Isidorus* 3 at cum] *LHP*[1], aut cum *G*, ubi *SAP*[2] ‖ iudeae *HSAP*[2] ‖ sumus] eramus *SAP*[2] 5 6 digerunt *H* 6 rastris] rastris raturiis *L*, rastris rasoriis *G*; rastris nitescit *Plinius* ‖ aquis *SA*, aquas *P* 8 sine] nec *H* 9 cultellis *h cum Plinio* ‖ sola] *LGHP*, ipso *SA* 10 artificio *HSA* ‖ pla *G* 12 corter *h* 14 longe *HSA* ‖ hierosolima *SA* ‖ recessus *A* ‖ tristissimus *L*[1]*P*[1] 15 factum *HSA* 16 duo ibi *SAP* 17 alterum alterum] *P*, ... alterum *L*, alterum *GBHSA* 18 speciem] *H*, specimen *LGSAP* ‖ muturitatis *h* 19 fanillaciam] nanam *P*[2] 21 tactactu *G* ‖ fatescit *GA* 22 quae occ. *SAP* 23 hessenni *SAP* ‖ qui] *H*, qui (quae *S*) praediti *LGSAP*

PL. a ritu gentium universarum, maiestatis ut reor provi-
dentia ad hunc morem destinati. nulla ibi femina:
venere se penitus abdicaverunt. pecuniam nesciunt.
palmis victitant. nemo ibi nascitur nec tamen de- 35, 10
ficit hominum multitudo. locus ipse addictus pudi-
citiae est: ad quem plurimi licet undique gentium
ION. properent, || nullus admittitur, nisi quem castitatis
fides et innocentiae meritum prosequatur: nam qui 11
reus est vel levis culpae, quamvis summa ope adi-
PL. 5, 73 pisci ingressum velit, divinitus submovetur. || ita
per inmensum spatium saeculorum, incredibile dictu,
aeterna gens est cessantibus puerperiis. Engada op- 12
pidum infra Essenos fuit, sed excisum est. verum
inclitis nemoribus adhuc durat decus lucisque pal-
marum eminentissimis nihil vel de aevo vel de bello
derogatum. Iudaeae terminus Massada castellum.
PL. 5, 74 auct. || Transeo Damascum Philadelphiam *Rhapha- 36, 1
nam: Scythopoli primos incolas et auctorem dabo.
Liber pater cum humo nutricem tradidisset, condidit
hoc oppidum, ut sepulturae titulum etiam urbis moe-
nibus ampliaret. incolae deerant: e comitibus suis 2
Scythas delegit, quos ut animi firmaret ad promptam
resistendi violentiam, praemium loci nomen dedit.
PL. 5, 80 || in Seleucia alter Cassius mons est, Antiochiae pro- 3
pinquus, cuius e vertice vigilia adhuc quarta conspi-
citur globus solis et brevi corporis circumactu radiis

1 ritu] more *SAP* || reor] creditur *SAP*² 2 destinati] desti P^1, destiti P^2 || nullae (-la. *L*) ibi feminae (-na. *L*) *LG* 3 a uen. *LGP* 4 nectitant *G*, uictant *S* 5 lucus *H* || ipse *om.* *SA* 6 ad quem] atque *H* || plurimarum l. gent. und. uersum prop. *SAP*² 8 fidei *H* || inuocentia *S* 9 summe *G* 12 engada] *LGSP cum Plinii libris*, engaddi *A*, eugela *h*, engeda *Bern.* 13 hessennos *AP* 14 inditis *H* 15 uel (*om. h*) de aeuo uel de bello] *L* (*ubi de utrumque erasum*) *BH*, uel aeuo uel bello *GSAP* 16 terminum *S* || missada *A* 17 18 arafianam *LGP*, aurafantam *H*, aarafantam *S*, aurafanam *A* 19 condit *SA* 22 firmareut *G* 23 resistenti *G* || uiolentiam] volentiam *Salm.* 24 arter *G* 24 25 antiochiam proximus *SA* 25 26 conspicitur *om. h*

caliginem dissipantibus illinc nox hinc dies cernitur. PL.
talis e Cassio specula est, ut lucem prius videas quam
auspicetur dies.
37, 1 ‖ Euphraten fundit Armenia maior, ortu supra PL. 5, 83
Zimam sub radicibus montis, quem Catopen accolae
nominant, ‖ Scythis proximo. ‖ hic receptis in se ali- ION. ‖ PL. 5, 84
quot amnibus convalescit et stipatus convenis aquis
luctatur cum montis Tauri obiectu, quem apud Ele-
geam scindit, resistat licet duodecim milium passuum
latitudine: ‖ longisque excursibus dextera Commage- PL. 5, 85
2 nem, Arabiam laeva relinquit: deinde praelabens plu-
rimas gentes ‖ Babyloniam quondam Chaldaeorum PL. 5, 90
caput dividit. Mesopotamiam opimat inundationis
annuae excessibus, ad instar Aegyptii amnis terras
contegens, invecta soli fecunditate, iisdem ferme tem-
poribus quibus Nilus exit, sole scilicet in parte cancri
3 vigesima constituto: tenuatur cum iam leone decurso
ad extima virginis curricula facit transitum. ‖ quod ION.
gnomonici similibus parallelis accidere contendunt,
quos pares in terrarum positione aequalitas normalis
4 facit lineae. unde apparet ista duo flumina ad mo-
dulum eiusdem perpendiculi constituta, licet e di-

v. 4 Euphraten — 10 latitudine *excerpsit Dicuil* 6, 4, 1

1 hinc] *LGP*, illinc *HSA* 2 e] de *SA* ‖ casio *hic GS* ‖ est spec. *G* 4 mai. fund. arm. *SAP* ‖ ortu] *LGA*, ortus *HS Dic.*, ortum *P* 5 zimam] *LGH Dic.*, zizamam *SA*, zizaniam *P*; Zimaram *Plin.* ‖ oatopen] *SA*, catoten *LGHP Dic.*; Capoten *Plin. cum Capella* 6 proximo] proximum *Dic.* ‖ receptus *G* 6 7 aliquid *S* 7 et *om. H* 8 tauri montis *SAP* 9 resistat licet] licet et (et *om. Dresd.*) rosistit *Dic.* ‖ milibus *h* 10 dextra *h* 10 11 commagenem] *GHP*[1], commaginem *LP*[2], commagenam *A*, comagenem *S* 11 reliquit *LG* 13 opima *h* 13 14 ann. inund. *SA* 14 amn. aeg. *SAP* 14 15 terras contegens innecta] terris (-ras *S*) superfusus inuectaque *SA* 15 solis *HS* 16 quibus *om. G* ‖ scilicet *om. SA* ‖ cacri *L* 17 uicicesima *h* ‖ tenuatur *om. H* ‖ iam *om. A* 18 curricula *om. SA* 19 gnomodici *H* ‖ similibus] isdem *SAP*[2] ‖ parellelis *L* 20 quas *SA* ‖ in terr.] et (*om. S*) caeli et terr. *SA* ‖ normulis *H* 21 facit] efficit *SA* ‖ apparent *h* 21 22 modum *h* 22 perpendiculum *H* e] et *G*, *om. P*

IOS. versis manent plagis, easdem incrementi causas habere.

PL. 6, 127 ‖ De Tigri quoque dicere hoc loco par est. in 37, 5 Armeniae regione caput tollit mire quam lucidum, conspicuo fonte in loco edito qui Elegos nominatur. nec ab exordio statim totus est. primum pigre fluit non suo nomine: at cum fines Medorum invectus est, Tigris statim dicitur: ita enim nominant Medi sagittam. influit in Aretisam lacum omnia pon- 6 dera sustinentem: cuius pisces numquam se alveo Tigridis miscent, sicut nec amnici pisces in stagnum PL. 6, 128 transeunt Aretisae, ‖ per quam dissimilis colore et volucri meat cursu. mox Tauro resistente in profundum specum mergitur, quem subterlabens in altero eius latere apud Zomada emicat, ulvas et purgamenta plurima secum trahens. deinde identidem absconditur PL. 6, 129 rursusque redditur: ‖ Adiabenos Arabasque praeter- PL. 6, 130 fluit: Mesopotamiam amplectitur: ‖ amnem nobilissimum Choaspen accipit: Euphraten defert in sinum Persicum.

SOL. ‖ Quaecumque Euphraten bibunt gentes, diverso 7

v. 3 de Tigri — 19 accipit *excerpsit Dicuil* 6, 5, 1—3 ‖ *v.* 8 Tigris — 9 sagittam: *eadem ex Plinio Solinove Isidorus* 12, 2, 7

3 tigri] *LGP Dic.*, tigride *HSA* ‖ loco] co *S* 4 5 lucido conspicuo *L*, lucido conspicnoque *G* 5 sponte *A* ‖ egclos *H Dic.* (*certe Dresd.*) 6 nec] nam *H* ‖ primo *LGP* 7 non suo] nec cum *SAP*[1] 8 est *om. S* ‖ enim *om. Dic.* 9 aretisam] *SAP*[1], arethisam *L*, aret(h)usam *GP*[2] *Bern. Dic.*, artusam *h*; Aretissam *Plin.* (*Ricc.*) 10 pices *G* 11 tigridi *S*, tigris *Dic.* ‖ aminici *Dic.* 12 aretisae] *AP*[1], araetissae *S*, arethusae *LG Dic.*, aretusae *P*[2] *Bern.*, artusae *h* ‖ qnem *SAP* ‖ dissimili *Dic.* 12 13 colore et uol.] *HSA Dic.*, colore uol. *LP*, color et uol. *G* 15 eius *om. G* ‖ zomada] *LG*, zomadae *H*, zomadam *SA*, zomadan *P*, azomad *Dic.*; Zoroande *Plin.* ‖ ulnas *A*, nias *H Dic.* 16 trahens] habens *G* ‖ abscondit *Dic.* (*Letr.*, *contra Dresd.*) 17 adabienos *Dic.*, adgabeuos *H* 19 choaspen] *LG*, coaspen *Dic.*, coaspem *H*, hydaspen *SAP* ‖ accepit *L* ‖ defert — 21 euphraten *om. H* ‖ enfratem *S*, in eufraten *L*

nitent lapide. ‖ zmilanthis in ipso *alveo legitur, gemma Pl. 37, 185
ad imaginem marmoris Proconnensis, nisi quod in
medio umbilico lapidis istius glauci velut oculi pu-
37, 8 pula internitet. ‖ sagada a Chaldaeis ad nos usque Pl. 37, 181
fluxit, haud facilis repertu, ni ut perhibent ipsa se
capessendam daret: namque ingenita spiritus efficacia
supermeantes naves e profundo petit et carinis ita
tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni aegre
9 separetur. ea sagada apud Chaldaeos propter effec-
tus, quos ex ea sciunt, habetur loco principe, ceteris
propter gratiam magis complacet iucundissime virens.
10 ‖ myrrhites Parthis familiaris est. hunc si visu aesti- Pl. 37, 174 auct.
mes, myrrhae colore est et non habet quod adficiat:
si penitus explores et attritu incites ad calorem, spirat
nardi suavitatem.
11 ‖ In Perside lapidum tanta copia est tantaque Pl. 37, 173
diversitas, ut longum paene sit ipsis vocabulis in-
12 morari. mithridax sole percussa coloribus micat variis.

v. 1 zmilanthis — 4 internitet *compilavit adhibitis Plinianis Isidorus* 16, 15, 4 ‖ v. 4 sagada — 9 separetur *compilavit adhibitis Plinianis Isidorus* 16, 7, 13 ‖ v. 12 myrrhites — 15 suavitatem *compilarunt Priscianus v.* 984 *et Isidorus* 16, 7, 14 ‖ v. 16 in Perside — 18 immorari *compilavit Priscianus v.* 980. 981 ‖ v. 18 mithridax — variis *compilavit Isidorus* 16, 4, 21. 16, 12, 2

1 alueo] eufrate alueo *LGHSP*, eufratis alueo *A cum Isidoro* 2 proconensis LGP^1, proconessis *A*, proconnesi P^2 3 nmbunculo P^2 ‖ glauci uelut] $HSAP^2$, glancum (glaccnm *L*) ut LGP^1 3 4 pupula internitet] *LHP*, pupilla internitet *G*, nitet pupula *SA* 4 sagda SAP^1; *similiter variant libri Pliniani* ‖ a *om. H* 5 fluxit] *SAP Bern.*, profluxit *h*, fluit *LG* ‖ ui] *LGSP*, nisi *A*, *om. H* ‖ ipsam *HA* 6 capseudam *S* ‖ daret] dampnaret *H* ‖ ingenita spiritus (spiratus *H*) efficacia] animata spiritu qnodam P^2, auimata spiritu efficacia quadam *SA* 7 e prof.] se profuude *Bern.*, profuude *h* ‖ carnis *S*, carnes *LG* 8 abras *h* 9 sagda *SAP* 10 ea] illa *SA* ‖ sciunt] *fortasse scr.* ciunt ‖ in loco *LG*, inlo *P* 11 placet *S* 12 pathis *G* 13 colore] *GSA*, color *LP Bern.*, *om. h* ‖ quod] quo *P* ‖ adficiat] adf. aspectum *SAP* 14 ad *om. h* ‖ colorem *GH* 15 suauitate *S* 16 tantaque] ac tanta *SA* 18 metridax *G*, myrthridax *S*; mitridax *Isidorus*, mithrax *Plinius* ‖ plurimis (*superscr.* uariis) *h* ‖ uar. mic. *G*

PL. 37, 184 ‖ tecolithos nucleo olivae similis spernitur cum videtur,
sed remediis bonus vincit aliorum pulchritudinem: so-
lutus quippe et haustus pulsis calculis renium dolores
PL. 37, 188 ac vesicae levat. ‖ hammochrysos harenis auro inter- 37, 13
mixtis nunc brattearum nunc pulveris habet quadrulas.
PL. 36, 149. 150 ‖ aëtites et fulvus est et tereti positione alterum la- 14
pidem intrinsecus cohibens, cuius crepitu sonorus est
cum movetur: quamlibet tinnitum illum non internum
scrupulum facere, sed spiritum scientissimi dicaut.
IGN. ‖ hunc aëtiten Zoroastres praefert omnibus maxi- 15
PL. 36, 149 mamque illi tribuit potestatem. ‖ invenitur aut in nidis
IGN. aquilae ‖ aut in litoribus oceani: in Perside tamen plu-
PL. 36, 151 rimus. ‖ subnexus spem uteri defendit a fluxibus abor-
PL. 37, 189 tivae. ‖ pyrites furvus est tenerique se vehementius 16
non sinit ac si quando artiori manu premitur, digitos
adurit. chalazias grandinis et candorem praefert et 17
PL. 37, 187 figuram, duritia robustissima et invicta. ‖ echites

v. 1 tecolithos — 4 levat *compilavit Priscianus v.* 982. 983 ‖ *v.* 4 hammochrysos — 5 quadrulas *compilavit Isidorus* 16, 15, 5 ‖ *v.* 6 aetites — 14 abortivae *compilavit Priscianus v.* 985. 986 ‖ *v.* 14 pyrites — 16 adurit *compilarunt Augustinus de civ. dei* 21, 5, 1 *et Priscianus v.* 987; *Isidorus* 16, 4, 5 *ex Augustino pendet*, 16, 11, 8 *ex Plinio* ‖ *v.* 16 chalazias — 17 invicta *compilavit Isidorus adsumptis Plinianis* 16, 10, 5; *cf.* 16, 13, 4 *ex Plinio sumpta* ‖ *v.* 17 echites v. h. m. *compilavit Isidorus* 16, 15, 18

1 thecolithus *P*, t(h)egolit(h)us *LGHSA* ‖ nugleo *G*, nuculeo P^{2} 4 ac] et *SA* ‖ amochrisius *LG*, amochrisus *H* 4 5 intermixtus *H* 6 aet(h)ites *LGSP*, ethites *A*, etites *H* ‖ et fuluus] fuluus *SA* 7 trepitus lionorus *S*, atrepitu sonorus *A*, e crepitu sonorus *P* 8 quemlibet *H* ‖ internum] in alternum *G* 9 scupulum *h* ‖ dicunt *HSA* 10 aetiten] *LSP*, etthiten *G*, etiten *H*, aetitem *A* ‖ rozoastres *h* ‖ praefert] praeter *A* 11 aut] autem *h* 12 13 plurimus] *LGP*, in plurimis *HSA* 13 14 subnexus spem uteri defendit a fluxibus abortiuae] *SAP*, *om. LGH*; *cf. Plinius:* aetitae gravidis adalligati mulieribus continent partus *et praesertim Priscianus:* praegnantibus utilis aegris 14 furuus] SAP^{2}, fuluus LHP^{1} *cum Isidoro*, fluuius *G*; nigra *Plin.* 16 chalazias] *LAP*, calazyas *G*, calazias *H*, chalacius *S* ‖ et candorem *bis G* 17 robustissima] inpenetrabili SAP^{2} ‖ echites] *LG*, ecithnes *H*, echiduea *S*, echinides *A*, ethites *P*

37, 18 vipereas habet maculas. ‖ dionysias fuscus est, ruben- PL. 37, 157
tibus uotis sparsus. idem si aquae mixtus conteratur,
uinum fragrat et, quod in illo odore mirificum est,
19 ebrietati resistit. ‖ glossopetra deficientibus lunis caelo PL. 37, 164
cadit, linguae similis humanae, non modicae ut magi
ferunt potestatis, qui ex ea lunares motus excitari
20 putant. ‖ solis gemma percandida est ad speciem PL. 37, 181
fulgidi sideris, rutilosque ex sese iacit radios. ‖ Ve- PL. 37, 184
neris crinis nitet nigro, internis ductibus ostentans
21 ruforum crinium similitudinem. ‖ selenites translucet PL. 37, 181
fulgore candido melleoque, continens lunae imaginem,
quam iuxta cursum astri ipsius perhibent diebus sin-
22 gulis vel minui vel augeri. ‖ meconites papavera ex- PL. 37, 173
primit. ‖ myrmecites reptantis formicae effigie no- PL. 37, 187
tatur. ‖ chalcophonos resonat ut pulsata aera: pudice PL. 37, 154 auct.
23 habitus servat vocis claritatem. ‖ siderites a contem- PL. 37, 182
platione ferri nihil dissonat, verum maleficus quoquo

v. 1 dionysias — 4 resistit *compilavit Isidorus* 16, 4, 7; *cf.* 16, 11, 8 *ex Plinio sumpta* ‖ *v.* 4 glossopetra — 7 putant *compilavit Isidorus* 16, 15, 17 ‖ *v.* 7 solis gemma — 8 radios *compilavit Priscianus v.* 988 ‖ *v.* 10 selenites — 13 augeri *compilarunt Augustinus de civ. dei* 21, 5, 1; *Priscianus v.* 989. 990; *Isidorus* 16, 10, 7 ‖ *v.* 13 meconites p. e. *ex Plinio Solinove Isidorus* 16, 15, 20 ‖ *v.* 16 siderites — 179, 1 excitat *compilavit Isidorus* 16, 15, 11

1 uipreas *S* ‖ dionisius *H* 2 sparsus] pictus SAP^2 *contra Isidorum* 3 uinum fraglat *LH*, uinum flagrat *G*, uinum flaglat P^1, fragrat (flagrat *S*, flaglat A^1, fraglat A^2) ut uinum SAP^2 4 resistit] repugnat SAP^2 *contra Plin. et Isid.* ‖ glosopetra *SAP* ‖ lunis] lutus *G* 5 similis] est similis *H* 5 6 magi ferunt] magi perhibent *A*, per magi hibent *S* 8 sese] *LHP*, ese *G*, se *SA* 9 crines *LSAP* ‖ ostentas *S* 10 similitudinem] faciem SAP^2 11 fulgore] fuluo *H* ‖ contines linguae *G* 13 minuit *G* ‖ augeri uel minui *H* ‖ papauer *H* 14 myrmecetes *L*, mirmeicetes *G*, mirmecites *H*, myrmicites *SP*, myrmicetes *A* ‖ reptantes *S* ‖ effigiem *H* 15 calcofanos *H*, calchofungos *L*, calchofungus *G*, chalcophtongos *S*, calchopthongos *P*, chalcophongos *A*; chalcophonos *Plin.* ‖ ut] uel *G* 17 dissonat] differt SAP^2 ‖ maleficiis quoquo modo inf. *H*: in maleficiis quoque modo si inferatur *Isidorus* (*ed. Otto*)

PL. 37, 189 inferatur discordias excitat. || phlogites ostentat intra
se quasi flammas aestuantes. anthracites coruscat 37, 24
PL. 37, 190 velut scintillantibus stellis. || enhydros exudat, ut
clausam in eo putes fontaneam scaturriginem.

IGN. || Ciliciam, qua de agitur, si ut nunc est loqua- 38, 1
mur, derogasse videbimur fidei vetustatis: si terminos
sequimur quos habuit olim, absonum est a contem-
platione rerum praesentium. ergo inter utramque cul-
pam factu optimum est amborum temporum statum
persequi.

Cilicia antea usque ad Pelusium Aegypti perti- 2
nebat Lydis Medis Armeniis Pamphylia Cappadocia
sub imperio Cilicum constitutis: mox ab Assyriis sub-
acta in breviorem modum scripta est. plurima iacet
campo, sinu lato recipiens mare Issicum, a tergo mon-
tium Tauri et Amani iugis clausa. a Cilice nomen 3
trahit, quem aetas pristina paene ultra aevum me-
moriae abscondit. hunc Phoenice ortum, qui anti-
quior Iove de primis terrae alumnis habetur. matrem

v. 1 phlogites — 2 aestuantes *compilavit adsumptis Plinianis Isidorus* 16, 14, 9 || *v.* 3 enhydros — 4 scaturriginem *compilavit Isidorus* 16, 13, 9 || *v.* 14 plurima — 180, 3 amnis *compilavit Isidorus* 14, 3, 45

1 discordias] *LH*, discordia *G*, discordiam *SAP* || flongites *AP* || ostentant *S* 1 2 intra se *om.* *G* 2 quasi] nelut *SA* || antrachites *H cum Plin.*, anthratias *G*, anthracias *LSAP* 3 uelut sc. st.] in modum sciutillantium stellarum *SAP*^{2} || enhydros] *P*, enhidros *LG*, encidrus *H*, henhygrus *S*, enhygrus *A*; *variant item Plinii libri* || exndat — 4 scaturriginem (scaturginem *G*)] *LGH*, exundat nt clausum in eo pntes fontem *SAP*^{2} (*in S* scaturginem *ins. post sequentis lemmatis primum vocabulum*); exundat (exndat *Arev.*) aquam *Isidorus* 5 cilicia *H* || si ut] sicnt *G*, si.ut *L*, si sicut *P*^{2} 6 fidei uet.] ei de uetustate *H* 7 absomnum *G* || a] ac *S* 8 inter] in *H* 9 arborum *G* 10 seqni *h*, prosequi *A* 11 cilicii — pertinebant *A* || ad *om.* *AP* || peleusium *h* 12 lidiis *LGP* || mediis *G* || armenis *h* || cadocia *S* 13 imperium *LG* 15 campo] in campo *S* || siuu late *H*, simulato *P* || issicum] siccnm *H* || ab *S* 16 amani] *LGP*, nmaniti *HSA* 16 17 a cilice nomen trahit] sortita nomen n cilice *SAP*^{2} 17 utra *P*^{1} 17 18 aen. mem. absc.] memoriam abscondit aeuorum *SA* 18 hnuc *fortasse del.* 18 19 antiquior ione] antiquiori eno *P*^{2} *m. rec.*

urbium habet Tarson, quam Danaae proles nobilissima IGN.
38, 4 Perseus locavit. ‖ hanc urbem intersecat Cydnus PL. 5, 92
amnis. ‖ hunc Cydnum alii praecipitari Tauro, alii IGN.
derivari ex alveo Choaspi tradiderunt. ‖ qui Choas- PL. 31, 35
pes ita dulcis est, ut Persici reges, quamdiu inter
ripas Persidis fluat soli, sibi ex eo pocula vindica-
verint et cum eundum foret peregre, aquas eius se-
5 cum vectitarent. ‖ ex illo parente Cydnus miram IGN.
trahit suavitatem. quicquid candidum est cydnum
gentili lingua Syri dicunt: unde amni huic nomen da-
tum est. tumet vere cum nives soluuntur, reliquis anni
6 temporibus tenuis est et quietus. ‖ circa Corycum PL. 21, 31
Ciliciae crocum plurimum optimumque: det licet Si-
cilia, det Cyrena, det et Lycia, hoc primum est:

v. 1 Tarson — 2 locavit *compilavit Isidorus* 15, 1, 38; *similia Ammianus* 14, 8, 3 ‖ *v.* 3 hunc Cydnum — 12 quietus *compilavit Isidorus* 13, 21, 15. 20 ‖ *v.* 12 circa — 181, 3 oppidum est *compilavit Isidorus* 14, 3, 45

1 tharsum *H* ‖ danae *HS*, dane *LGP*, danese *A* 2 intersecat] adluit *SAP*^{2} *contra Isidorum* 3 amnis *om. H* ‖ alii pr.] manu pr. *Bern.*, magno pr. *h* 4 deriuarinari *G* ‖ choaspi] *LGP*^{1}, coaspi *H*, hydaspi *P*^{2}, hycodaspi *S*, choydaspi *A ex* choaspi (byd) 4 5 choaspes] *LGP*^{1}, coaspis *H*, hydaspes *SAP*^{2} 6 fluat] *LGSP*, fluit *H*, influat *A*; sunt, fuerunt, fiunt *libri Isidori; debuit esse* quamdiu forent in Perside, ex solo eo pocula ‖ soli sibi] *LGHAP*, sibi soli *S*; solis sibi *edd.* 6 7 poc. uind.] sumant pocula *SAP*^{2} 7 eundem *SA* ‖ foret peregre] f. pergere *A*, peregre sit *P* 8 uect.] uehant *SAP*^{2} ‖ parente] igitur *SA*, igitur parente *P* ‖ mira *G* 9 cydnum — 10 syri dicunt] illinc homines cydnum uocant *SAP*^{1}; gentili lingua Cydnum Syri dicunt *Isidorus* 10 unde amni] inde amni *A*, in eadem ni *S* 11 est] *BG*, et *L*, *om. HSAP* ‖ tumet uere cum niues (niuis *P*^{2}) soluuntur (soluunt *LP*^{2})] *LGP*^{2}, autumpno et (*ortum hoc ex* tum et) uere cum niues soluuntur tumescit *H*, tumet uere cum liquuntur nives *SAP*^{1}; tumet aestate quando niues soluuntur *Isidorus*; liquuntur *interpolatum est ex Vergiliano georg.* 1, 43: *vere novo gelidus canis cum montibus umor liquitur* 11 12 reliquis anni temporibus] *H cum Isidoro*, reliqua amnis *LG*, reliqua parte anni *SAP* 12 est et] *HSAP*, et *LG* ‖ coricum *H*, corycon *SA*, coricium *G*, corycium *L*, corion *P* 13 crocrum *S* ‖ optimum] opimum *S*, *om. L* 13 14 det licet sicilia det] dat licet det *H* 14 cyrena] *SA*, cirena *H*, cyrina *LG*, cyrenea *P* ‖ det et] *LGP*, det *HSA* ‖ est *om. H*

IGN.; cf. PL. 21, 35 ‖ spirat fragrantius, colore plus aureo est, suci ope
citius proficit ad medellam.
PL. 5, 92 ‖ MEL. 1, 13, 3 ‖ Ibi Corycos oppidum est et specus, ‖ qui mon- 38, 7
tem inpositum mari a summo cavat vertice, patulus
hiatu amplissimo: nam deiectis lateribus in terrae
profundum nemoroso orbe amplectitur mediam inani-
tatem, virens iutrorsus lucis pendentibus. descensus 8
in eum per duo milia et quingentos passus non sine
largo die, hinc inde fontium adsidua scaturrigine. ubi
perventum ad ima primi sinus, alter rursus specus
panditur: quod antrum latis primum patet faucibus,
postmodum in processu per angustias obscuratur. in
MEL. 1, 13, 4 eo sacrum est Iovis fanum, ‖ in cuius recessu intimo
Typhonis gigantis cubile positum qui volunt credunt.
IGN. cf. PL. 5, 92 ‖ Heliopolis antiquum oppidum Ciliciae fuit, patria 9
Chrysippi stoicae sapientiae potentissimi: quod a Ti-
grane Armenio subactum et diu Solum, Pompeiopo-
lim devictis Cilicibus Cn. Magnus cognominavit.
PL. 5, 97 ‖ Mons Taurus ab Indico primum mari surgit, 10
IGN. deinde a scopulis Chelidoniis, ‖ inter Aegyptium et
PL. 5, 97 Pamphylium pelagus, ‖ obiectus septemtrioni dextero
latere, laevo meridianae plagae, occidenti obversus

v. 19 mons Taurus — 182, 14 Caucasns *adhibuit inter Pliniana Isidorus* 14, 8, 2

1 fraglantius *H*, flagrautius *LSAP*, flagratius *G*   1 2 est suci ope citius] *LGP*², est sucus ore retentus *H*, suco citius *S*, est suco cicitius *P*¹, suco citus *A*   3 ibi] ubi *SA* ‖ coricus *HA* ‖ est *om. SA*   5 delectis *LG*   6 arbe *h* ‖ media *LH*   6 7 iuanitate *H*   7 ureus *A* ‖ discensus *LS*   8 passus] passus numero *SA*   9 ads. scat. (scaturgine *G*)] adsiduo fluore *SAP*²   10 peruenta *G* ‖ simus *S* ‖ rursum *H*   12 angustiam *A*   13 eo] eos *S*   14 qui uolunt credunt] accolae crediderunt *SAP*²   15 patriac *H*   16 potissimi *h*   18 deuictibus *h*   19 primum] *HSA*, primo *LGP*   20 caelidonis *LP*¹, caelidouiis *GH*, cheliodonis *SA*, heliodonis *P*² ‖ egiptum *H*, aegyptum *P*   20 21 et Pamphylium — 183, 20 Phrygia ab *om. A folio exciso; adhibuimus eius loco Florentinum*   21 septemtrione *G* ‖ dextro *h*, dexcro *P*¹   22 latere *om. H* ‖ occideuti] occurrit *SFP*²

fronte profusa. palam est terras eum continuare vo- PL.
luisse penetrato mari, nisi profundis resistentibus ex-
38, 11 tendere radices suas vetaretur. denique qui pericli-
tantur naturas locorum, temptasse eum omnes exitus
promunturiis probant: * etenim quoquovorsum mari
adluitur, procedit in prominentias: sed modo inter-
cluditur Phoenicio, modo Pontico sinu, interdum Cas-
pio vel Hyrcano: quibus reuitentibus subinde fractus
contra Maeotium lacum flectitur ‖ multisque difficul- PL. 5, 98
12 tatibus fatigatus Ripaeis se iugis adnectit. pro gen-
tium ac linguarum varietate plurifariam nominatus,
apud Indos *Imaus, mox Propanisus, Choatras apud
Parthos, post Niphates, inde Taurus atque ubi in ex-
celsissimam consurgit sublimitatem, Caucasus. ‖ interea PL. 5, 99
etiam a populis appellationem trahit: a dextero latere
Caspius dicitur vel Hyrcanus, a laevo Amazonicus,
Moschicus, Scythicus: ad haec vocabula habet alia
13 multa. ubi dehiscit hiulcis iugis, facit portas, quarum
primae sunt Armeniae, tum Caspiae, post Ciliciae.
in Graeciam verticem exerit, ubi Ceraunius praedi-

v. 9 multisque — 10 adnectit *exscripsit Aldhelmus p.* 324 *Giles*

1 profusa] *LGH*, prorsus *SF*, profusa prorsus *P* ‖ palma *S* 2 obsistentibus *SP*, obistentibus *F* 3 netaretur] nequiret SFP^2 3 4 periclitantur nat.] ratiocinantur de naturis SFP^2 4 tempt. eum] temptaro eius *H* 5 etenim] *scripsimus*: enim $LGHP^1$, nam SFP^2 ‖ quoquonorsum] P^2, quoquorsum $LGHP^1$, quoquouersum *S*, quoque uersus *F* 6 abluitur procedit procedit *G* 7 fooniceo *G*, feniceo *F* 7 8 inter caspium uel hircanum *H* 8 retinentibus SF^2 ‖ fractis *L* 9 meotium LGP^1, meocium *H*, maeotim SFP^2; Maeotium *Plin.* 10 ripheisque *H* ‖ adnectit] *LGSP Aldhelmus*, innectit *Bern.*, innoctit *h*, adnectens *F* 12 iamus $LGHP^1$, iamos *SF*, lamos P^2; Imaus *Plin.* ‖ profanisus $LGHP^1$, propannisos SP^2, paropauisus *F*(?). *Cf. c.* 49, 2 ‖ coatras *H*, choatros *SP* 12 13 apud Parthos] *legitne Solinus apud Plinium* Parthis (*pro* Pariadis) Choatras? 13 in *om. LGP* 13 14 excellentissimam P^2 14 15 interea etiam] interceptam *SF*, interea etiam interceptam *P* 15 ab *LG* ‖ dextro *hF* 16 amatonicus *H* 17 moschicus] SFP^2, moxcichus *H*, mosachicus LP^1, monsachicus *G* ‖ scythicus] schreicus *G* ‖ nocabulum *S* 19 tunc *LSFP* ‖ liciae P^1

IGN. catur. ‖ a Ciliciae finibus Asiaticum limitem dis-
pescit. quantus meridiem videt, sole inaestuat: quic-
quid septemtrioni oppositum est, vento tunditur et
pruina: quo silvestris est, efferatur multis bestiis et
leonibus inmanissimus.

PL. 5, 100 ‖ Quod in Campania Vesubius, in Sicilia Aetna, 39, 1
hoc in Lycia mons Chimaera est: hic mons nocturnis
aestibus fumidum exhalat. et quoniam natura ibidem
subest ignea, Vulcano urbem proximam Lycii dica-
verunt, quam de vocabulo sui nominis Hephaestiam
vocant. Olympus quoque inter alia ibi oppidum fuit 2
IGN. nobile, sed intercidit: ‖ nunc castellum est, infra quod
aquae Regiae ob insigne fluoris spectaculo sunt vi-
sentibus.

PL. 5, 47 ‖ Sequitur Asia: sed non eam Asiam loquor, quae 40, 1
in toto orbis divortio terminos amnes habet ab Ae-
PL. 5, 102 gyptio mari Nilum, a Maeotio lacu Tanaim: ‖ verum
eam quae a Telmesso Lyciae incipit, unde etiam Car-
pathius auspicatur sinus. eam igitur Asiam ab oriente
Lycia includit et Phrygia, ab occidente Aegaea litora,
a meridie mare Aegyptium, Paphlagonia a septem-
trione.

MEL. 1, 15, 2; cf. PL. 5, 115 ‖ Ephesus in ea urbs clarissima est: Epheso decus 2
IGN. templum Dianae, Amazonum fabrica, ‖ adeo magnifi-

v. 6 quod — 8 exhalat *compilavit Isidorus* 14, 3, 46

1 2 dispercit *G*, dispicit *S*, despicit *F* 2 quantum *SFP*[1] ‖ solem *LP*[2], *om.* *H* ‖ inaestua *L*, in aestum *GP*[2], aestuat *P*[1] 3 septentrione *G* ‖ oppositus *LG* ‖ uentorum dicitur et *G* 4 quod *GSF* ‖ siluestri *GS*, siluestre *F* ‖ multis] plurimis *SF* 5 inmanibussimis *G* 6 uesuuins *F* 7 mons] *extra h* 8 *post* exhalat *ins.* unde — putauerunt (*v. app.*) *SFP* ‖ et quoniam *om.* *S* ‖ ibi *SP* 9 subest] sub *H* 9 10 dicauerunt] *LGHP*[1], dicarunt *F*, dicatam colunt *SP*[2] 10 11 heph. (efescia *H*) uoc.] dicunt efestiam *SF*, dicunt efestiam uocant *P* 11 olympos *SP* 12 infra] inde infra *h* ‖ quo *G* 14 *post* uisentibus *ins.* nam asia — tanaim (*v. app.*) *H* 16 toto] *H*, tertio *LGSAP* 16 17 egypto *H* 17 lacum *HP* ‖ taniaim *S*, tanum *G* 18 telmaeso *LG*, telmeso *P* 20 *ab* occidente *rursum incipit A* ‖ egeae *H* ‖ littera *G* 23 efusus *S*, efesos *P* ‖ in *om.* *S* ‖ clarissima] noclarissima *H*

cum, ut Xerxes, cum omnia Asiatica templa igni IGN.
daret, huic uni pepercerit. sed haec Xerxis clementia
40, 3 sacras aedes non diu a malo vindicavit: namque He-
rostratus, ut nomen memoria sceleris extenderet, in-
cendium nobilis fabricae manu sua struxit, sicut ipse
4 fassus est, voto adipiscendae famae latioris. notatur
ergo eadem die conflagravisse templum Ephesi, qua
5 Alexander Magnus Pellae natus est. quod cum post-
modum ad cultum augustiorem Ephesii reformarent,
faber operi Dinocrates praefuit: quem Dinocratem
Alexandri iussu Alexandriam in Aegypto metatum
supra exposuimus. nusquam autem orbe toto tam ad- *cf.* SOL. 32, 41
siduos terrae motus et tam crebras urbium demersiones
quam in Asia esse cladibus Asiaticis patuit, || cum Tibe- PL. 2, 200
rio principe urbes duodecim simul una ruina occiderint.
6 || Ingenia Asiatica inclita per gentes fuere. poetae IGN.
Anacreon, inde Mimnermus et Antimachus, deinde
Hipponax, deinde Alcaeus, inter quos etiam Sappho
mulier. at historiae conditores Xanthus, Hecataeus,

1 nt] nt et *A* || xerxis *L*, xerses *HSAP* 1 2 omne a. t. indignaret *G* 2 peperceret *S*, pepercit *A* || haec xerxis] *G*, haec xersis *H*, haec xersi *LSP*, xersi haec *A* 3 sacre sedis *A* || uindicat *H* || nam *A* 4 ut *om.* *P*[1] || nomen memoria] nominis sui memoriam fama *SAP*[1] 5 sna *om.* *H* 4 — 6 sicnt ipse confessna est incendium n. f. m. s. struxit *SA*, sicnt i. c. e. incendium n. f. m. s. struxit sicnt ipse fassus est *P* 6 uoto *om.* *SA* || fama *h* || lat. fam. *A* 7 eadem] earum *A* 8 peliae *H*, pello *G* || est *om.* *LG* 8 9 quod cum postmodum] *LGH*, qni oritur nt nepos edit (sedit *S*) marco fabio ambnsto tito quintio capitnlino (capitalino *P*) cons. post romam conditam anno trecentesimo octogensimo qninto. id templum postmodnm cnm *SAP*, *v. praefationem* 10 dinocrates praefuit] fuit din. *h*, praebuit din. *Bern.*, dinocratis fnit *SA* || dinocraten *SA* 11 alexandriam iam *LG* || praemetatum *P* 12 antem *om.* *SA* 13 crebra *S* 14 in *om.* *H* 15 una] a *H* || occiderunt *H* 16 per] in *h* || fnernnt *H* || poeta *GP* 17 anecreon *LG* || minermns *LGP*, minnerimns *H*, inimnermus *S*, minnermus *A* || deinde *om.* *SA* 18 hipronax *S* || alcios *L*, altiocas *G* 19 at] et *HSA* || exanthns *LG*, decim xanthns (xancthns *P*) *SP*, x xanthus *A* || egatheus *H*

IGN. Herodotus, cum quibus Ephorus et Theopompus. nam
de septem sapientia praeditis Bias, Thales, Pittacus,
Cleanthes Stoicae eminentissimus, Anaxagoras na-
turae indicator, Heraclitus etiam subtilioris doctrinae
arcanis immoratus.

PL. 5, 106 Asiam excipit Phrygia, ‖ in qua Celaenae, quae 40, 7
IGN. antiquato priore nomine in Apameam transiere, ‖ op-
PL. 5, 106 pidum a rege Seleuco postmodum constitutum. ‖ istic
Marsyas ortus, istic et sepultus: unde qui proximat
fluvius, Marsyas dicitur: nam sacrilegi certaminis 8
factum et audaces in deum tibias testatur non procul
vallis, quae eventum gestae rei signat et ab Apamea
decem milibus passuum separata Aulocrene usque
PL. 5, 113 auct. adhuc dicitur. ‖ ex arce huiusce oppidi Maeander
amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuosus
inter Cariam et Ioniam praecipitat in sinum qui Mi-
PL. 5, 145 letum dividit et Prienam. ‖ ipsa Phrygia Troadi su- 9
periecta est, aquilonia parte Galatiae conlimitanea,
meridiana Lycaoniae Pisidiae Mygdoniaeque conter-
PL. 5, 110 auct. mina. ‖ eadem ab oriente vicina Lydiae, a septem-

v. 6 Phrygia — 15 caput tollit *epitomavit Capella* 6, 685 ‖ *v.* 14 Maeander — 17 Prienam *compilavit Isidorus* 13, 21, 23; *cf. Dionysii perieg. v.* 825 ‖ *v.* 17 ipsa Phrygia — 186, 3 Pactolus *compilarunt Capella* 6, 686 *et Isidorus* 14, 3, 41 *coll.* 43

1 orodotus c. q. eporus *H* ‖ namque *SAP* 2 sapientiae *G*, sapienta *h* ‖ bias] hias *G*, las *A* ‖ tares *h* ‖ pitacus *G* 4 indicator] *LGH*, indagator *SAP* ‖ herabites *H* ‖ etiam *om. P* 5 immoratus] clarissimus *SAP*² 6 frigia (*pro lemmate*) as. excipit (excepit *G*) *LG* ‖ caelonae *H* 7 antiquanto *G* ‖ priori *G* ‖ apamiam *SAP*, apamea *LGH* ‖ transit *P* 9 ortus — 10 marsyas *om. G* 10 marsius *H* 11 dibias *S* ‖ testantur *H* 12 uallis] *G*, ualles *LH*, cum fonte ualles *SAP* *interpolatione ex nomine petita* ‖ euentu *h* ‖ signant *HS* ‖ ab (ap *G*) apamea] *LG*, appamea *H*, ab apamia *SAP* 13 alocreu(a)e *LG* 14 huc *om. G* ‖ huiusque oppidum *H* 15 riuis *H* ‖ fluxuosus *S* 16 caria *G* ‖ praecipitatur *G* ‖ sinu *P* 17 et pr.] a priena *P*² 18 glatiae *A* ‖ conlimitanea] *LP*¹, conliminanea *G*, collinita a *H*, conliminata a *A*, conliminata *P*², conliminataea *S* 19 lyconiae *A* ‖ midoniaeque *H* 20 eadem — lydiae] *libri legeruntque sic etiam Capella et Isidorus; debuit esse:* occidentali Lydiae. Lydia ab oriente vicina eidem (*Phrygiae*)

trione Moesiae, Cariae a parte qua dies medius est. PL.
40, 10 mons Lydiae Tmolus croco florentissimus: amnis
Pactolus, quem aurato fluore incitum aliter Chrysor-
rhoam vocant. ‖ in his locis animal nascitur quod PL. 8, 40
bonacum dicunt, cui taurinum caput ac deinceps corpus
omne, tantum iuba equina: cornua autem ita multi-
plici flexu in se recurrentia, ut si quis in ea offendit,
11 non vulneretur. sed quicquid praesidii monstro illi
frons negat, alvus sufficit: nam cum in fugam vertit,
proluvie citi ventris fimum egerit per longitudinem
trium iugerum, cuius ardor quicquid attigerit amburit:
ita egerie noxia submovet insequentes.
12 ‖ Miletos Ioniae caput, Cadmi olim domus, sed PL. 5, 112
eius, qui primus invenit prosae orationis disciplinam.
13 ‖ non longe Ephesum Colophon civitas, nobilis ora- PL. 5, 116
culo Clarii Apollinis. unde haud procul Mimas sur-
git, ‖ cuius vertices de nubilis supervolantibus futurae ION.
14 tempestatis significant qualitatem. ‖ caput Maeoniae PL. 5, 117
Sipylus excipit, Tantalis antea dictus ‖ et in illam ION.
15 vocabuli memoriam orbitatibus datus Niobae. ‖ Zmyr- PL. 5, 118
nam Meles circumfluit, inter flumina Asiatica facile

v. 3 Pactolus — 4 vocant *compilavit Isidorus* 13, 21, 21 ‖ *v.* 13 Miletos — 187, 5 extitit *epitomavit Capella* 6, 686 ‖ *v.* 20 Zmyrnam — 21 circumfluit *compilavit Isidorus* 14. 3, 43

1 moesiae] *LGHP*, mysiae *A*, misiae *S* ‖ die *G* ‖ est *om. A*   2 lydiae tmolus] *SP*, lidiae molus *H*, lydia et tiuolus *A*, lyda et molus *L*, lida et tumulos *G*   3 4 c(h)ry(i)soroan *libri*   5 bonacum] *LG*, bonnacon *H*, bonnacum *SAP*; bonasus *Plin.*   5 6 omne corpus *G*   6 iubo *S*   7 eo *H* ‖ offendit] *LG*, offendat *H*, offendorit *SAP*   10 11 per long. trium ingerum cuius] *LGHP*[1], p. l. tr. iugerum per longas aspergines quarum *A*, per longas aspergines trium iug. quarum *P*[2], per longas per longitud. tr. iug. aspargines quarum *S*   11 quicquid] quom *G* ‖ amburit] *LGP cum Plinio*, adurit *HSA*   12 submouet] amouet *SA*   13 ionae *SA* ‖ admi *H* ‖ olim] lolim *G*   14 persao *S*   15 non] *LGP*, nam *H*, nam non *SA* ‖ ephεso *A*   16 hauh *G* ‖ minas *LGHP*   17 nubibus *H*, nebulis *SP*[2]   18 significat *H* ‖ meoniae] *LGP*, meniae *H*, mooiae *A*, maeole *S*   19 sibilus *A*, *om. L* ‖ cantalis *H* ‖ illa *HS*   20 memoria *H*   20 21 zmyrnam] *SA*, smirnam *LGP*, tmino *h*, zmino *Bern.*   21 coles *G*

PL. 5, 119 praecipuus amnis. ‖ Zmyrnaeos vero campos fluvius
Hermus secat, qui ortus Dorylao Phrygiae Phrygiam
ION. scindit a Caria. ‖ hunc quoque Hermum fluctibus
aureis aestuasse antiquitas credidit. Zmyrna, unde 40, 16
praecipue nitet, Homero vati patria extitit, qui post
Ilium captum fuit anno ducentesimo septuagesimo se-
cundo, Agrippa Silvio Tiberini filio Albae regnante,
anno ante urbem conditam centesimo sexagesimo.
inter quem et Hesiodum poetam, qui in auspiciis 17
olympiadis primae obiit, centum triginta octo anni
PL. 5, 125 interfuerunt. ‖ in Rhoeteo litore Athenienses et My-
tilenaei ad tumulum ducis Thessali Achillion oppi-
dum condiderunt, quod propemodum interiit: deinde 18
interpositis quadraginta ferme stadiis in altero cornu
eiusdem litoris ob honorem Salaminii Aiacis alterum
oppidum, cui Aeantio datum nomen, Rhodii extru-
xerunt.
PL. 10, 74 ‖ At iuxta Ilium Memnonis stat sepulcrum, ad 19
quod sempiterno ex Aethiopia catervatim aves ad-
volant, quas Ilienses Memnonias vocant. * Cremutius

v. 1 Zmyrnaeos — 4 credidit *compilavit Isidorus* 13, 21, 22. 14, 3, 42. 43. 15, 1, 39 ‖ *v.* 18 at iuxta — 188, 6 flumine *epitomavit Capella* 6, 686 ‖ *v.* 18 at iuxta — 188, 3 convenire *adhibuit Isidorus* 12, 7, 30

1 zmirneos *libri praeter P* ‖ uero *om. A* 1 2 fluuius hermus (hiemis *G*)] *LGP*, hermus *H*, hermos *SA* 2 siccat *h* ‖ ortus a *SAP* ‖ phrygiae *om. H* 3 cariam *G* ‖ hemnm *S* 4 auriis *S* ‖ credidit] *LGP*, credit *HSA* ‖ zmirna *libri praeter P* ‖ unde] eundem *Bern.*, eodem *h* 5 nitet] *LGP*, enitet *HSA* ‖ patria extitit] *H*, patria existit *LG*. fuit patria *SAP* 6 ilicum *G* ‖ fuit anno — secundo] anno — secundo humanis rebus excessit *SAP* 7 tibenni *h*, tiberino *A* 8 et sex. *LGP* 9 potam *G* 11 interfuerunt] fuerunt *G*, medii fuerunt *SAP*[1] ‖ roetheo *LP*, rotheo *G*, roetheio *H*, rhyteo *SA* 11 12 militinei *G*, nitilenei *H* 12 ad *om. L* 13 deinde] dein *A*, de *S* 14 ferme] septem *SAP*[1]; xxx stadiorum intervallo *Plin.* ‖ alternm *G* 15 ob] ad *A* ‖ salaminis *P* ‖ aiiacis *S*, aicis *h* 16 nomen] n. est *SAP* ‖ hrodii *Bern.*, hiodii *h*, rhoehi *A* 16 17 struxerunt *H* 18 menonis *H et ita deinceps* ‖ sep.] aliud sep. *P* 18 19 ad quod] aliquod *A* 19 semp.] exemp. *S*, ex semp. *A* ‖ aethipia *G* 19 20 auolant *HP*[1] 20 sq. cremuntius auctor *SAP*[2], crumentius auctor *LGP*[1], notum *H*; Cremutius *Plin.*

auctor est has easdem anno quinto in Aethiopia ca- PL.
tervatim coire et undiqueversum, quo usquam gen-
40, 20 tium sint, ad regiam Memnonis convenire. ‖ mediter- PL. 5, 125
ranea quae sunt supra Troadis partem Teuthrania
tenet regio, quae prima Moesorum fuit patria. haec
Teuthrania perfunditur Caico flumine.
21 ‖ Per omnem Asiam chamaeleon plurimus, animal PL. 8, 120
quadrupes, facie qua lacertae, nisi crura recta et lon-
giora ventri iungerentur: ‖ prolixa cauda eademque PL. 8, 121
in vertiginem torta: hamati ungues subtili aduncitate:
incessus piger et fere idem qui testudinum motus:
corpus asperum cute, qualem in crocodilis deprehen-
dimus: subducti oculi et recessu concavo introrsum re-
22 cepti, quos numquam nictatione obnubit, visum denique
non circumlatis pupulis, sed obtutu rigidi orbis intentat.
hiatus eius aeternus ac sine ullius usus ministerio:
quippe cum neque cibum capiat neque potu alatur
23 nec alimento alio quam haustu aëris vivat. ‖ color PL. 8, 122
varius et in momenta mutabilis, ita ut cuicumque rei
se coniunxerit, concolor ei fiat. colores duo sunt
quos fingere non valet, rubrus et candidus: ceteros
facile mentitur. corpus paene sine carne, vitalia sine

2 coire] congregari *SAP*² ‖ quo usquam] *SA*, quod usquam *LHP*, quod usque *G* 2 3 gentium *om. SA* 3 sit *P* 3 4 mediterraneae *H* 4 troada partim *SA* 4 5 teuthrania tenet regio (regione *G*)] *LGP*, teutranea (-nio *Bern.*) regio *H*, teutrani teneut regio *SA* 5 prima] pri *G* ‖ mysorum *P*² 6 teutranea *h* ‖ funditur *L* 9 uentri *om. h* 10 in *om. G* ‖ humati *S* ‖ abuncitate *H*, aduncitata *S* 11 piger et] *LGP*, piger *HSA*; motus tardior ut testudini *Plin.* ‖ qui *om. A* ‖ testidinum *G*, testitudinum *h* ‖ motos *S* 12 cute] *Bern.*, cutem *LGh*, squamosa cute *SAP* 13 recessum *G* 14 quos (quos *hoc loco om. A*) u. u. obnubit (obuuit *h*)] quod semper inconiugos habet *P*² ‖ uisum (uisuum *G*) denique] *LGP*, uisum *H*, quos *A* (*vide supra*), *om. S* 15 circulatis *H* ‖ pupulis] *LHP*¹, pupillis *GSAP*² ‖ obtutu] intuitu *P*² ‖ rigidi orbis] rigidioris *S*, rigidiori *A* ‖ intentat] optentat *G* 16 illius *L* 17 accipiat *G* 18 aliment *G* 19 et *om. A* ‖ momento *HA* 19 20 se rei *SAP* 20 iunxerit *SA* 21 quos] quis *A* ‖ finge *G* ‖ ruber *h* 22 facillimo nititur *G* ‖ paene *om. H*

liene nec nisi in corculo panxillum sanguinis depre-
PL. 8, 101 henditur. latet hieme, producitur vere. ‖ impetibilis 40, 24
est coraci, a quo cum interfectus est, victorem suum
perimit interemptus: nam si vel modicum ales ex eo
ederit, ilico moritur: sed corax habet praesidium, ad
medellam natura manum porrigente: nam cum ad-
flictum se intellegit, sumpta fronde laurea recuperat
sanitatem.

PL. 10, 62 ‖ Pythonos come in Asia locus est campis paten- 25
tibus, ubi primo adventus sui tempore ciconiae ad-
volant et eam quae ultima advenerit lancinant uni-
versae. aves istas ferunt linguas non habere, verum
sonum quo crepitant oris potius quam vocis esse.
PL. 10, 63 ‖ eximia illis inest pietas: etenim quantum temporis 26
inpenderint fetibus educandis, tantum et ipsae a pullis
ION. suis invicem aluntur: ‖ ita enim inpense nidos foveut,
PL. 10, 62 ut incubitus adsiduitate plumas exuant. ‖ noceri eis 27
omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia
vel maxime, ubi serpentium immanis copia est: quos
dum escandi gratia insectantur, regionibus Thessalicis
plurimum mali detrahunt.

PL. 5, 146 ‖ Galatiam primis saeculis priscae Gallorum gentes 41, 1
occupaverunt *Tolostobogi Veturi Ambitoti, quae vo-

v. 12 aves — 17 exuant *compilavit Isidorus* 12, 7, 16. 17 ‖ *v.* 22 Galatiam — 23 occupaverunt *compilavit Isidorus* 14, 3, 40

1 leue uec siue iu *G* ‖ curriculo *Bern.*, ruriculo *h* 3 est *om. h* ‖ quo cum] quocumque *H* 4 peremit *S* ‖ intereptus *G* ‖ uel mod. ales (alas *G*) ex eo (eo *om. H*)] ex eo uel mod. ales *P*, ex eo al. uel mod. *SA* 5 corax] corax quoque *SAP* 7 reciperat *P* 9 pythonos come] *P*, phitonos come *Bern.*, phitonos coniae *h*, pithonius comes est *G*, pythonos comes *SA*, pithonus come is est *L* ‖ est] *SAP*, in *LGH* 11 lacinant *AP*, lacimant *S* 12 13 uer. sou.] sonum autem *SAP*^{1} 13 quod *LH* 14 illis inest] in illis est *S* 15 educ.] et lucandis *h* 17 adsuitate *L* ‖ nocere his *H* 18 ducunt] putant *SAP*^{2} 21 detrahunt] demunt *SAP*^{2} 23 tolosboci *L*, tolosbuci *G*, tolosbocci *H*, tolosbici *P*^{1}, tolosbi *P*^{2}, tollosbi *A*, oolosi *S*; Tolostobagi *Plin.* (*Ricc.*) ‖ ambitoti quae] ambitii utique *H*

cabula adhuc permanent: quamvis Galatia unde dicta PL.
sit, ipso sonat nomine.
42, 1 || Bithynia in Ponti exordio ad partem solis orien- IGX.
tis adversa Thraciae, opulenta ac dives urbium, a fon-
tibus Sagari fluminis primos fines habet: ante Bebrycia
dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithyno rege Bithynia.
2 in ea Prusiadem urbem et adluit Hylas flumen et
perspergit Hylas lacus, in quo resedisse credunt de-
licias Herculi, Hylan puerum, Nymphis rapinam: in
cuius memoriam usque adhuc sollemni cursitatione
3 lacum populus circumit et Hylan voce clamant. || in PL. 5, 148
Bithyno quoque agro Libyssa locus Nicomediae proxi-
mus, sepulcro Hannibalis famae datus: || qui post Car- IGX.
thaginense iudicium transfuga ad regem Antiochum,
dein post Antiochi apud Thermopylas pugnatam ma-
lam pugnam fractumque regem fortunae vicibus in
hospitium Prusiae devolutus, ne traderetur T. Quintio
ob hanc causam in Bithyniam misso captivusque Ro-
mam veniret, veneni mali poculo animam expulit.

v. 3 Bithynia — 6 Bithynia *compilarunt Capella* 6, 687 *et Isidorus* 14, 3, 39 || *v.* 7 in ea — 9 rapinam *compilavit Capella* 6, 687 || *v.* 11 in Bithyno — 19 expulit *compilarunt Capella* 6, 687 *et Isidorus* 14, 3, 39

2 sonet *SA* 4 cratiae *H* 4 5 fontibus] *LGP*, pontibus *HSA* 5 sagari] *H*, sangari *LGP*, sangaris *SA*; Sagarius *s.* Saggarius *Plin. libri*, a Sagari flumine *Capella* || debrycia *A*, hebricia *P* 7 trusiadem *SA*, brusiadem *P* || et alluit hylas] *LGP*[1], et adlui zias *H*, praetermeat hylas *SAP*[2] 8 perspergit hylas lacus] hilas lacus adluit *SAP*[2] || resedisse] *HSAP*, perisse *LG* 9 herculi] *LSP*, herculis *GHA* || hilan *LGA*, hylam *HS*, hilam *P* || rapinam] ripam *h* 9 10 cuius in *SA* 10 memoria *G* || cursitatione] tripudiatione *A*, tripudanione *P*, typumdanione *S* 11 circuit *H* || hylan] *LGSA*, hylam *P*, hyla *H* 12 libissa (lybissa *P*) *libri* 13 14 carthaginiense *P* 15 deinde *H* || antiochum *LG* 15 16 pugnatam malam pugnam] *P*, pugnam tam malam pugnam *L*, pugnantem mala pugna *G*, pugnatum mala pugna *H*, tam malam pugnam *SA* 16 fractoque rege *H* 17 prusia *SA* || denotus *h* || quinto *S* 18 captiuusque] captiuumque *S*, et (*om. Bern.*) captiuus usque *H* 19 *post* expulit *ins.* et a romanis se uinculis morte defendit *SAP*

PL. 6, 3 || In ora Pontica post Bospori fauces et Rhesum 43, 1
PL. 6, 4 amnem || portumque Calpas Sagaris fluvius ortus in
Phrygia dictusque a plerisque Sagarius exordium facit
Mariandyni sinus, in quo oppidum Heraclea adpositum Lyco flumini: et Acone portus, qui proventu
malorum graminum usque eo celebris est, ut noxias
herbas aconita illinc nominemus. proximus inde Ache- 2
IGN. rusius specus, || quem foraminis caeci profundo ad
usque inferna aiunt pertendere.

PL. 6, 5 || Paphlagoniam limes a tergo Galaticus amplec- 44, 1
PL. 6, 6 titur. || ea Paphlagonia Carambi promunturio spectat
PL. 6, 5 Tauricam, || consurgit Cytoro monte porrecto in spatium trium et sexaginta milium, insignis loco Eueto:
a quo, ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in
Italiam transvecti mox Veneti sunt nominati. pluri- 2
PL. 6, 7 mas in ea regione urbes Milesii condiderunt, || Eupatoriam Mithridates: quo subacto a Pompeio Pompeiopolis est dicta.

PL. 6, 24 || Cappadocia gentium universarum quae Pontum 45, 1
accolunt praecipue introversus recedit. latere laevo

